Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Decisionum Iaffredi Lanfranci Balbi, iurisconsulti clarissimi, insignisq?ue Cherianorum practici, centuriae quinq[ue], cum sextae fragmento : ex varijs doctorum commentarijs, iuxta receptiores eorundem sententias, accuratissime? congestae, & nunc rece?ns additionibus locupletatae. Causidicis, iuris studiosis, necnon omnibus in foro versantibus, causasq?ue forenses agitantibus, magno vsui futurae. Vna cum indice rerum atque materiarum copioso.

https://hdl.handle.net/1874/433630

# DECISIONVM IAFFREDI LAN-FRANCI BALBI, IVRIS-CONSVLTI CLARISSIMI, IN-SIGNISQ'VE CHERIANORVM PRACTICI, CENTURIÆ Quinq;

DECISIONVM
IAFFREDI LAN-
FRANCI BALBI, IVRIS-
CONSVLTI CLARISSIMI, IN-
SIGNISQ'VE CHERIANORVM PRACTICI, CEN-
turiæ Quinq;, cum Sextæ fragmento: ex varijs Doctorum Commenta-
rijs, iuxta receptiores eorundem Sententias, accuratiſſimè conge-
ſtæ, & nunc recèns Additionibus locupletatæ. Cauſidicis,
Iuris ſtudioſis, nec non omnibus in foro verſanti-
bus, cauſaſque forenſes agitantibus,
magno vſui futuræ.

VNA' CVM INDICE RERVM ATQVE
MATERIARVM COPIOSO.




FRANCOFVRTI,
Ex Officina Typographica Nicolai Baſſæi, Impenſis
Sigiſmundi Feierabend.

M. D. LXXIII.

# REVERENDISSIMO PATRI ET DOMINO, D. DOMINICO RVVERE, S. ROM. ECCLES. TITVLI S. CLEMENTIS PRESBYtero Cardinali, Taurineæque vrbis præſuli meritiſsimo, Lanfrancus Balbus I. C. S. P. D.

CONSPICIENS in ſcribentium cœtu diuerſa & Gloſſarum & Doctorum vota, in articuliſque pluribus diuerſos diuerſa ſentientes, vt vix in conſulendo & in iudicando veritas ipſa perpendi poſſit, in non leue Iudicum & Aduocatorum diſcrimen, partiumque læſionem: cùm quod Scribentium quiſque elucidare tentaſſet, diuerſitas opinionum & Scribentium prolixitas offuſcaſſet: inutile haud fore putaui, ſi pro ingenij modulo ſcripta in articulis ipſis per antiquos I. V. Interpretes, ac etiam recentiores, perlegerem, ſcrutarerque, quid veritatis ex eorum dictis, quáſue receptæ opinionis communes ſententias elicere poſſem, quibus patronus quiſque in agitandis cauſis clientes ritè tutari poſſet, & quæ Cauſidicis in promptu adeſſent. Quapropter longis auctorum voluminibus non ſine tædio ac moleſtia perluſtratis, quingentas & tredecim Deciſiones breui compendio obſeruaui, vt ſic facilè ſit in præſenti Enchiridio, quæ per magna & varia Doctorum volumina ſparſim, diffuſeque tradita ſunt, compendiosè percipere, ac inter Doctorum opiniones breuiter adducta, communiorem intueri. Verùm quia, vt teneor, optabam aliquid à Domino concedi, quod vobis Reuerendiſſimo Patri gratum fieri poſſet, de innata veſtra Clementia & benignitate confiſus, affectum potiùs quàm opus penſabitis. Ne tamen beneficiorum in me collatorum videar penitùs immemor, acceptique talenti ſeruus inutilis à Domino dicar: dignum putaui hoc quale quale Opuſculum ad laudem Dei, decuſque veſtrum à me, Domino largiente, compoſitum, dominationi veſtræ humiliter offerre, nec non ſacro nuper à vobis inſtituto Collegio, poſt cathedralis Baſilicæ mirabilem conſtructionem & ornatum. In quo ſi eruditionis aliquid vel vtilitatis nonnihil appareat, id non mihi, ſed gratiæ diuinæ profiteor adſcribendum eſſe, clariſſimorumque, quos refero V. I. Interpretum illuminatæ doctrinæ. Si quæ verò

parùm exactè ſcripta forſitan dignoſcantur : ea non temeritati , ſed humanitati potiùs ingenijque oſcitantiæ tribuantur : cùm etiam bonus quandoque dormitet Homerus. Quæ propterea veſtri & cuiuſcunque meliùs ſentientis paternæ emendationi , & charitatiuæ correctioni ſubijcio, exemplo diui Auguſtini in c. ſi habes. 24. quæſt. 3. Valeat perpetuò reuerendiſſima Paternitas veſtra.

# IAFFREDI LANFRANCI BALBI, I. C. DECISIONVM IVRIS COMMVNIVM, QVAE FREQVENTIORE Interpretum calculo probantur,

## CENTVRIA PRIMA.

### DECISIO PRIMA.

*Sentẽtia.* SI CONSVLtor dicat in conſilio, aliquem fore condemnandũ, vel abſoluẽdum, & iudex in ſententia dicat: Pronuncio ſecũdum formã conſilij: non valet ſententia, ſecundum glo. in l.1. in verb. admittit, ad finem, iuncta gloſſ. in l. fin. C. ſi aduer. liber. & ibidem Bart. Spec. in tit. de excep. §. viſo. verſic. porrò in Italia. ibi ego puto, &c. & ibi Ioan. Andr. in addi. Idem ſentit Bald. in l. ſolent. ff. de offic. procon. Imol. in c. ſi pro debilitate. extrà, de offi. deleg. Fred. de Senis conſilio 204. dom. Præpoſi. in c. dilecto. extrà, de appellat. Salice. poſt Iacob. Butri. in dicta l. licet. contrarium ibidem ſenſerint Petr. Cyn. ac Bald. & Angel. in l. qui ſe dicit ſuis nummis. ff. de iudic. Panormita. & Felin. in c. cùm venerabilis. extrà, de excep. Quorum opinio ſecundum Specul. vbi ſuprà poſſet procedere in interlocutoria, non in diffinitiua.

### DECISIO II.

*Execu-tio.* EXecutio inſtrumenti habentis executionem paratam, poteſt fieri die feriata ob neceſsitates hominum. c. fin. extrà, de iudi. Vult Bart. in l. omnes. C. de ferijs.

### DECISIO III.

*Excõmunicatio.* FIctiones non habent locum, vbi agitur de incurrenda ſententia excommunicationis: quia excommunicatio ligati tantummodò in caſu vero, & non ficto, ſecundum Io. Andr. in c. 2. de conſtit. Et niſi ſit vera contumacia, quæ non dicitur vera, etiamſi ſit facta citatio ad domum, vel in valuis Eccleſiæ, niſi probetur notitia citationis, ſecundum Angel. in l. prima. §. biduum. ff. quan. app. ſit. & per Dominos de Rota, deciſ. 370. Et ita intelligitur gloſſ. in c. ſi non ſunt. de conſecra. diſtinct. 2. Ad hoc eſt bonus tex. in l. ea quæ. C. quo. & quan. iud. vbi non valet ſententia contra abſentem, non verum cõtumacem, vt quia inuentus non fuit perſonaliter. Quando autem quis eſt citatus ad domum, præſumitur ſciuiſſe citationem, ſecundum gloſſ. & Bart. in l. ſi tutor petitus. C. de pericu. tuto. & gloſſ. in l. ſi legibus. C. de Epiſco. audien. in verbo, probatum fuerit, non tamen vt prædixi, ex tali præſumptione excommunicabitur, quia ibi requiritur vera contumacia, & non præſumpta, ſecundum Inno. in c. fin. extrà, de eo, qui mit. in poſſ. Felin. in c. cùm ſit Romana. extrà, de appella.

### DECISIO IIII.

*Renũciatio.* CEſsioni bonorum renunciari non poteſt. Bald. poſt Richardum Malumbre. in l. alia. §. eleganter. ff. ſolut. matri. & ibi Bartol. Cyn. teſte Bald. in l. prima. C. qui bonis cedere poſſ. & ibi Salic. Canoniſtæ in c. Odoardus. extrà, de ſolut. Iacobus de Beluiſo, in authent. de fideiuſſo. §. quod autem. Licet Iacobus de Arena, & Angel. in dicto §. eleganter. tenuerint contrarium. Quorum opinio ſecundum Barto. vbi ſuprà, procedere poſſet in duobus caſibus, ſcilicet, quando tẽpore contractus debitor ſciebat, ſe non eſſe ſoluendo, per l. penulti. vbi caſus notabilis. ff. de iure dot. Et

quando debitor in fraudem creditorum diſsipaſſet bona.l. final. in fin. ff. de his, quæ in fraudem credit. Et generaliter vbicunque debitum deſcendit ex delicto, vel dolo, ſecundum Canoniſtas in c. olim. el 2. de reſt. ſpolia. teſte Panor. in dicto cap. Odoardus. vbi dicit hoc ſentire gloſſ.

## DECISIO V.

*Remiſſio.* REmiſsio de loco ad locum in contractibus fieri poteſt, quando debitor renunciauit fori priuilegio. gloſ. notabilis. & ibi Bart. Bald. & communiter Doct. in l. 1. ff. ſi quis in ius voc. nō ierit. Idem Bartol. in l. hæres abſens. §. 1. ff. de iudi. Bald. in l. cum Archimedoram. C. vt in poſ. lega. Licet Ange. in d. l. 1. contrarium teneat per cap. Romana. §. contrahentes. de foro compe. in 6. Sed ſecundum Panor. in c. 1. de iudi. ille §. limitatur per gloſ. prædictam, quando nō erat renunciatum priuilegio fori.

## DECISIO VI.

*Sequeſtrum.* SEqueſtrum tollitur per iuratoriam cautionem, ſecundum gloſſ. quæ reputatur ſingularis in l. prima. C de aſſer. tol. pro hoc eſt text. in c. penul. extrà, de donatio. inter vir. & vxor. & ibi gloſ. Eſt etiam glo. in c. ex parte. el 2. extrà de ver. ſigni. & Panor. multùm commendat illam gloſſam, dicens, quod extendit authen. generaliter. C. de Epiſc. & Cleric. ad omnes caſus, in quibus quis tenetur fideiubere. Sed dictam gloſſam credo procedere, ſi perſona, contra quam eſt factum ſequeſtrum, ſit honeſta, & non ſuſpecta: aliàs ſecùs, vt in ſimili diſtinguit Bart. in l. vſufructu. C. de vſufructu.

*Adde Apoſtill. ad Bart. in l. liti. C. de agri. & ceſſ. li. 11.*

## DECISIO VII.

*Teſtis.* VAlet dictum teſtis deponentis de credulitate, ſi interrogatus reddat bonam rationem ſcientiæ ſui dicti à ſenſu aliquo: quia ratio dicti regulat ipſum dictum, ſecundum Bald. & Imolam in l. ſi ſeruus legatus. §. qui quinque. ff. de legat. 1. eundem Bald. in l. ſolam. C. de teſtibus. & in l. 2. §. quod obſeruari. C. de iura. calum. Salicet. in l. teſtium. C. de teſtib. vult etiam Butri. in cap. quoties. extrà, eodem titul.

## DECISIO VIII.

QVod dicitur, quòd victor, qui habuit primam ſententiam pro ſe, ſuccumbens poſtea in cauſa appellationis, non debeat in expenſis condemnari factis in cauſa appellationis, quaſi propter primam ſententiam habuerit iuſtam & tolerabilem cauſam litigandi, vt voluit gloſſa, quæ reputatur ſingularis in l. generaliter. §. ſin autem. C. de rebus credit. procedit ſecundum gloſſam in c. ignorantia. de reg. iur. in 6. Imol. & Hoſtienſ. in c. finem litibus. extrà, de dolo & contuma. Bart. in d. §. ſin autem. Domini de Rota in nouiſ. deciſio. 255. ſi ex nouis probationibus & actitatis in cauſa appellationis ſuccumbat. Secùs, ſi ex eiſdem actis, niſi ſecundum Salice. in dicto §. ſin autem. Ange. de Aretio. in l. negotiorum. ff. de appella. illæ nouæ probationes concernerent factum proprium ipſius ſuccumbentis, vel eſſent ſuper his, de quibus an eſſent vera conſtabat, vel conſtare poterat eidem, etiam in primo iudicio: quia tunc non excuſaretur à condemnatione expenſarum, cùm non habuerit tolerabilem ignorantiam, ſecundum Salic. vbi ſuprà. Et dic, vt ibi per eum. *Expenſa.*

## DECISIO IX.

DVobus contendentibus de poſſeſſione, iudex debet ſummarias informationes capere, vter eorum melius poſsideat, vel de poſſeſsione probet, & illum faciat fungi vice poſſeſſoris, alteri inhibeat, ne ad poſſeſsionem accedat, ſaluo iure vtriuſque partis tam in proprietate, quàm in poſſeſsione. Et melius facit quàm ſequeſtrare rem, vel inhibere parti, ne rem ipſam accedat, ſecundum Innoc. in c. in præſentia. extrà, de probat. & Bald. in l. ordinarij. C. de rei vendic. qui alleg. ad hoc pleroſque Doctores. *Poſſeſſio.*

## DECISIO X.

TEſtis dicens, niſi fallor, probat, ſi eius dictum ſit clarum ſaltem in ratione. Bald. in l. 1. ff. de iuſti. & iur. per l. teſtium. C. de teſtib. l. qui teſtamento. §. fina. ff. de teſta. iuncta l. ſi duo. §. 1. ff. de *Teſtis.*

arb.

arb. aliàs ſecùs, & hoc caſu procedat cõtraria opinio Fulgo. in d. l. 1. Et hanc diſtinctionem ſequitur dominus Cato ibi.

## DECISIO XI.

*Appellare.* IN habẽtibus cauſam ſucceſsiuam, ex quibus grauamen iteratur, poteſt qui à principio non appellauit appellare quandocunque, ſecundum Angel. de Aret. in l. à ſententia. §. ſi hæres. ff. de appel. in 1. col um. in §. æquè. Inſtit. de act. in 9. col. in verſi. 7. & vlti. &c. Anchar. in Clem. cauſam. de electio. in notabilib.

## DECISIO XII.

*Præſumptio.* PAribus exiſtentibus probationibus ille debet obtinere, qui habet pro ſe etiam leuem præſumptionem, per text. cum gloſſa, quæ reputatur ſingularis in l. ſi duo patroni. in verbo, fidei. & ibi no. Bart. ff. de iureiuran.

## DECISIO XIII.

*Exceptio peremptoria.* EXceptio peremptoria poteſt opponi etiam poſt ſententiam, ſi agatur prima actione, & non actione in factum ex ipſa ſententia. gloſſa eſt notabilis & communiter approbata in l. duobus. ff. de except. rei iudi. Imò etiam ſi agatur actione in factum, eſt ſententia, quando talis exceptio non contradicit ſententiæ, vel non dicit eam iniuſtè latam, per caſum in d. l. duobus. iuncta gloſ. magna ibi in princ. Ad idem eſt text. in l. ex diuerſo. §. ſi in iudicio. ff. ſolut. matrim. & Bart. in l. Neſennius. §. fin. ff. de re iudic. Idem vbicunq; talis exceptio habet cognitionem ſeparatam, & eſt ſeparata ab eo, ſuper quo eſt iudicatum, ſecundum Bald. in l. 1. C. de iur. & fac. igno. vbi plura exempla notabilia ponit circa hoc.

## DECISIO XIIII.

*Ordo.* IN executione iudicati etiam circa bona mobilia de iure Communi debet ordo ſeruari, vt primò capiatur, quod minus debitori nocet, ſecundum gloſſ. cum Bart. in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudicata. Et ſi talis ordo peruertatur, non tenet ſic geſtum, ſecundum Imol. ibi. Felinus in cap. quod ad conſultatio. extrà, eo. aut ſaltem poterit appellari, ſecundum Panormita. ibi. Bald. in authen. hodie. C. de actio. & obliga. Butri. in c. quoniam. §. fin. extrà, vt lite non conteſta.

## DECISIO XV.

IVdex, qui iudicauit ſecundum vnam opinionem, quam plures Doctores tenent, punietur in ſyndicatu, ſi contraria opinio erat communiter approbata. Secùs ſi neutra, & in dubio, quia tunc iudex non peccat, ſi in alteram ſententiam inclinauit, ſecundum Innocent. in capit. ne innitaris, extrà, de conſtitu. *Opinio cõmunis.*

## DECISIO XVI.

SEntentia lata contra infirmantem, vel alio iuſto impedimento impeditum hoc ſciente iudice, eſt nulla. Si autem ignorabat iudex, valet, ſed reſtituitur, ſecundum Bart. in l. quæſitum. ff. de re iudi. & in l. 2. ff. de appella. recipien. Et eſt conſilium, quòd citatus mittat excuſatorem ad nunciandum iudici infirmitatem vel impedimentum, ſecundum Bart. vbi ſuprà. Niſi fama eſſet vel notorium de ipſa infirmitate vel impedimento: quia tunc non requiritur dicta nunciatio, per text. in c. illud. extrà, de Cleri. ex commu. mini. & gloſſ. in l. ſi tutor petitus. C. de peri. tuto. Et vult Imola in d. l. quæſitum. *Sentẽtia. Adde Matth. de Afflic. deci. 182. & 289.*

## DECISIO XVII.

FIdeiuſſor omni priuilegio competente principali gaudebit, ſi faciat, quòd reus principalis ſuſcipiat in ſe iudicium motum contra ipſum fideiuſſorem, & opponat tale priuilegium vel exceptionem ex perſona ſua. textus eſt nota. in l. idemque. §. ſed generaliter. ff. manda. & gloſſ. magna, in l. ſi fideiuſſor. ff. illo. eodem tit. Item quando fideiuſſor ſe opponeret in iudicio, non vt fideiuſſor, ſed vt defenſor principalis rei, per caſum in l. verum. §. primo. ff. pro ſocio. *Fideiuſſor.*

## DECISIO XVIII.

SI plures ſint, qui debẽt iudicare, omnes debent loqui & pronunciare, *Iudices plures.*

nec ſufficit vno loquente, alios eſſe pręſentes, ſi taceant, ſecundum gloſſ. in l. cùm magiſtratus. C. quando prouocare non eſt neceſſe. & in lege tunc autem aliàs incipit, ſi vni. & ibi Bart. ff. de re iudi. & ita communiter tenetur reprobata gloſſ. in l. ſicuti. ff. de arbi. per textum ibi in fine. Quæ tamen gloſſ. ſecundum Doct. vbi ſuprà, poteſt procedere, & ſaluari in arbitris. Sufficit tamen ſecũdum eundem Bart. vbi ſuprà, ſi vno legente & pronunciante, cęteri expreſsè dicant, ſe conſentire tali pronunciationi.

## DECISIO XIX.

*Ordinarij iudices.*

ETiam quando ſunt plures iudices ordinarij in certo loco, vt ſinguli, puta, plures ſunt hæredes ſuccedentes alicui Comiti vel Nobili in iuriſdictione & feudo: quo caſu quilibet habet iuriſdictionem, & exercitium iuriſdictionis inſolidum regulariter, ſecundũ Bar. in dicta l. ſi vni. ſi in maleficijs ipſi omnes habent commodum pœnarum ſeu mulctarum, vnus ſolus non poterit iudicare, niſi conſtet alios nolle vel non poſſe, allegat l. ſi fundum ſub conditione. §. his verbis. ff. de lega. 1. & l. hæredes mei. §. fin. ff. ad Trebell.

## DECISIO XX.

*Mẽſis expreſſio.*

VBi in aliqua parte mẽſis factum eſt punibile, in aliqua non: tunc non ſufficit in accuſatione vel libello expreſsio menſis: ſed debet exprimi pars ipſius menſis, aliàs debet ſequi abſolutio rei, ſecundum Bartol. in l. non ſolùm. §. ſed vt probari. ff. de oper. nou. nunc. per l. eum actum. in fin. ff. de neg. geſt. & l. 1. in fin. ff. de incen. rui. naufr. Pro quo facit, quod notatur in Clem. fi. de reſcrip. Et idem in loco, ſecundum eundem, vbi ſuprà. Per quod limitatur, quod habetur in l. fina. C. de accuſa. & in l. libellorum. ff. illo. eo titul. & in alijs iuribus volentibus ſufficere expreſsionem temporis delicti fieri per annum & mẽſem.

## DECISIO XXI.

*Teſtis mẽdax.*

ETſi teſtis falſum dixerit in aliquibus extrinſecis qualitatibus, non ſubſtantialibus negotij & facti, pro quo contenditur, non vitiatur eius dictum circa negocium & factum principale, ſecundum Innocen. & Panor. in c. fraternitatis. extrà, de hæreti. Allegatur idẽ tenere Oldra. in conſilijs ſuis, conſ. 307. Quod limitant procedere Sali. & Doct. in l. ſi ex falſis. C. de tranſactio. quando teſtis iurauit dicere veritatem ſuper articulis, vel ſuper tota cauſa. Secùs, ſi ſuper his, ſuper quibus interrogabitur: quia tunc, ſi interrogatus ſuper extrinſecis, mentiatur, nõ credetur ei in aliquo. Ad quod facit gloſſ. in c. in noſtra. extrà, de teſtib.

## DECISIO XXII.

*Iudex delegatus.*

QVando appellatum eſt ab interlocutoria ante diffinitiuam, & iudex delegatus ad illam cauſam appellationis pronunciauit benè appellatum, & malè interlocutum, poterit ipſe iudex delegatus etiam de cauſa principali cognoſcere, ſicut poteſt ordinarius. c. vt debitus. extrà de appella. ſecundum Innocen. in d. c. vt debitus. in gloſ. in verb. alioquin. Panorm. Butr. & Hoſtien. ibi. Quam opinionem dicũt veriorem, pro qua eſt gloſſ. in c. fin. §. fin. 2. q. 6. Et hanc ſequitur dominus Conſtantius de Bargis in l. iudex. ff. de re iudic. quicquid contrà ſenſerint Vincen. ac Federic. de Senis in ſuis conſilijs, vt refert Panorm. in d. c. vt debitus. Secunda tamen opinio poſſet procedere & ſaluari ſecundũ Imol. in dicta l. iudex. quando in commiſsione dixiſſet: Delego tibi cauſam appellationis tantùm, aliàs procederet, quod prius dictum eſt, ſecundum præfatos Doct. & dom. Præpo. Mediolanen. Cardi. nunc, & Epiſcopum Alexand. in dict. c. vt debitus.

## DECISIO XXIII.

*Inſtrumẽtorũ productio.*

POſt concluſionem in cauſa poſſunt de iure Communi inſtrumẽta produci, quãdo ſunt de nouo, & poſt ipſam cõcluſionem reperta, imò & poſtquam partes fuerunt citatæ ad audiendũ ſententiam. Caſus eſt notabilis ſecũdum vnam lecturam & veram, & ibi Bart. in l. admonendi. ff. de iureiuran. Felin. in c. paſtoralis. in 6. colu. extrà, de exceptio.

Quòd

Quòd autem ſint de nouo reperta, probabitur proprio iuramento, ſecundum Barto. ibi.

## DECISIO XXIIII.

*Libellus.*

LIbellus incertus ſuper fructibus, damnis, & intereſſe, vſuris, aut expenſis acceſſoriè petitis admittitur, ſecundum Iacobum de Rauenna, Petr. & Cyn. in l. cum propria. C. ſi quis alteri vel ſibi. Bart. in l. 1. ff. de eden. Innoc. in c. cùm ad ſedem. de reſti. ſpolia.

## DECISIO XXV.

*Fructuũ reſtitutio.*

IN iudicio ſingulari non valet ſententia condemnatoria ad reſtituendum fundum cum fructibus, quo ad fructus, ſi non appareat in actis probatorijs declarata fructuum quantitas, quamuis eſſet ipſa quãtitas declarata & expreſſa in actis aſſertorijs, vt in libello vel poſitionibus negatis, ſecundum Angel. in l. in ſumma. §. qui ſortis. per illum textum. ff. de re iudicata. Innocent. & Panormi. in quinta colum. in c. ſignificantibus. extrà, de libelli obla. Butrius in c. cùm ad ſedem. de reſtitu. ſpolia. Barto. in l. 3. §. armamenta. ff. de rei vendica. per illum text. & per l. primam. §. ſi quis argentum. ff. depoſi. Hanc tanquam communem ſequitur etiam dominus Conſtantius in dicto §. qui ſortis. quicquid contrà ſenſerint ſecundum nouiſſimos Innoc. in c. certificari. de ſepul. in c. tanta. de exceſſ. præla. & Ioan Fabr. Inſtit. de actio. §. curare. qui Innocen. ſecundum eos videtur ſibimet in hoc contrarius. Sed poſſent dictæ opiniones concordari, vt prima procedat in fructibus perceptis ante litem motam. Secunda, in perceptis lite pendente, ſecundum Bart. in l. ex diuerſo. §. 1. ff. de rei vendic.

## DECISIO XXVI.

*Vaſallus.*

VAſallus non tenetur facere fidelitatẽ omnibus filijs domini ſui defuncti ſuccedentibus in dominio: ſed poteſt eligere vnum ex eis, cui faciat, per caſum, cum gloſſ. in §. præterea ducatus. in c. imperialem. de prohib. feud. alienat. per Feder. & vult Specul. in tit. de feudis. §. quoniam. verſic. 29. & Ioan. Raynald. in dicto §. præterea, qui plenè circa hoc locutus eſt. & gloſſ. magna. in fin. ſui, in c. omnes, ſi de feu. defun. fuerit controuerſia. Idem tenet dominus Conſtantius in l. 2. §. ex his. ff. de verbo. oblig. Quicquid contra ſenſerit ibi Angel. & gloſſ. in l. ſi cuius. §. 1. ff. de vſufru. Dyn. in l. cùm vnus. ff. de alimen. & ciba. lega.

## DECISIO XXVII.

*Sentẽtia pro mortuo.*

SEntentia lata pro mortuo, non valet pariter, nec decretum in eius fauorem interpoſitum, ſecundum Bartol. & communiter Doct. in l. in ſumma. §. fin. ff. de re iudi. Reprobata gloſſ. ibi, quæ viſa eſt tenere contrarium.

## DECISIO XXVIII.

*Spoliatus.*

SPoliatus regulariter ante omnia venit reſtituendus, etiam ſi ſpoliator incontinenti velit de dominio probare, ſecundum gloſſ. notabilem, in c. 1. & in c. 2. in literis. extrà, de reſti. ſpolia. & in l. momentaneæ. & l. meminerint. in verbo, reddatur. & ibi Bart. C. vnde vi. Innocen. in c. 2. de cauſa poſſeſ. & proprie. Niſi probare vellet per confeſſionẽ ſpoliati, vel notorietatem facti, vel per ſententiam in petitorio latam, in fauorem eius, qui ſpoliauit, ſecundum Innoc. Ioan. Andr. & Hoſtien. in c. cùm dilectus. extrà, de cauſa poſſeſ. & proprie. Butri. & Panor. in 11. col. in c. paſtoralis. eo. tit. & in pluribus alijs caſibus enumeratis per Doct. vbi ſuprà. & per Imol. & dom. Conſtantium in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poſſ. & l. ſi is à quo. primo reſponſo. vt in poſſ. lega. & l. ille à quo. §. 1. ff. ad Trebel. quę videntur contrariari dictę concluſioni, loquuntur vbi agitur de adipiſcenda poſſeſsione, non de recuperanda, ſecundum præfatos Doctores.

## DECISIO XXIX.

*Quæſtio incidens.*

SI quæſtioni & cauſæ ſummariæ, vt eſt executio iudicati, incidit alia quæſtio non ſummaria, vt eſt quæſtio proprietatis, tamen debebit quæſtio illa incidens ſummariè decidi, ſicut principalis, ſecundum Docto. communiter, in l. à diuo Pio. §. poſt aditam. ff. de re iudicata.

DECI-

## DECISIO XXX.

*Appellatio.*

SI appellans non certificet iudicem à quo,termino præfixo de introductione appellationis,appellatio non eſt deſerta, ſed poterit ipſe iudex exequi ſententiam, nec retractabitur in viam attentati executio, ſed vt iniuſta reuocabitur, ſi appellans obtinuerit,ſecundum Dominos de Rota in nouiſ. deciſi. 97.incipiente,Si iudex. Butr.in c. ex inſinuatione.extrà,de appella. Cardin. in Clemen.1. colum.7.eodem titul. Fede. de Senis conſil.27.incipien.Punctus talis eſt. domi. Præpoſi. in c. perſonis. extrà de appella.

## DECISIO XXXI.

*Mandati probatio.*

MAndatum iuriſdictionis generale,puta, ad cauſam & iuſtitiam miniſtrandam in tali prouincia, vel loco, non probatur per teſtes, ſed per inſtrumētum vel literas authenticas probatorias mandati,ſecundum quas probari debet: ſecùs ſi ſit ſpeciale ad aliquā cauſam vel actum,ſecundum Ray. Albe. & Bald. in dicto §. vbi decretum. & ibi dominus Cato per l. 1. C. de mandatis prin. & §.quia verò. in authē. vt litigan. iurent. Primum limitari poteſt ſecundum Spec. in titu.de probat.§.penulti. verſic.quid de auditoribus. niſi faciliter poſſet haberi copia principis vel iudicis delegantis vel mandantis, vt quia eſt in ciuitate illa: quia tunc poterit probari per teſtes. Si autem longè abſit, requiritur ſcriptura, vt prædictum eſt. Ita etiā ſentit Bald. in l. aliquando. ff. de offic. procon.in quarto quæſito. Secundum etiam limitatur ſecundum Bald. vbi ſuprà,non procedere, quando opponitur in principio litis contra tale mandatum ſpeciale.

## DECISIO XXXII.

*Citatio partis.*

IN interlocutoria, quæ continet aliqd dari, vel fieri à parte parti: eſt pars citanda. l.de vnoquoque.ff. de re iudi.l. ad peremptorium.ff.de iudic. Si autem continet factum iudicis tantùm, aut ex eo læditur pars, & debet citari. l. 1. procedente.C. de dila.aut non læditur, vt quia iudex committit aliquem citari, vel prorogat terminum, & tunc non requiritur partis citatio. l. diem proferre. in princip.ff.de arbi. l.cum Clericis. C. de Epiſcop. & Cleric. & ibi per gloſſ. & Doct. Ita diſtinguunt Iac.Butri. & Barr. in d.§.vbi decretum.

## DECISIO XXXIII.

*Prorogatio termini in compromiſſo.*

SI in compromiſſo dicatur, quòd arbiter & arbitrator poſsint procedere, & terminum, de quo in compromiſſo,prorogare præſentibus & abſentibus partibus. Et ipſe arbitrator abſentibus partibus prorogauerit terminum: & demùm iudicauit parte non citata,valebit prorogatio & ſententia, per text. in l. idem proferre. §. ſi quis litigatorum. ff. de arbi. Et ita dum caſus accidiſſet, dicitur conſuluiſſe collegium Mediolani propter poteſtatem in cōpromiſſo datam arbitratori procedendi & prorogandi abſentibus partibus,per l. non diſtinguemus.§.final.cum l.ſequen. & ibi bona gloſſ. ff. de arbi. licet Bald. tenuerit, non valere prorogationem vel ſententiam, niſi interceſſerit ſaltem intimatio,quando abſentibus partibus proceſſum eſt, in l. eos. §. Apoſtolos. C. de appel. & idem Spec. in titu. de arbitris. §.excipitur. verſi. ſed pone quod actum ſit. Quando in compromiſſo fuit tātum dictum, quòd poſsit pronunciari partibus abſentibus,nec fuit additum,& non citatis, aliàs procedat prima opinio. & ſequitur Innoc.in c.cùm dilectus.extrà, de arbi.Dom. Alex.in l.ſi quis arbitratu. in 8.colum.ff.de verborum obligat. Sed dominus Cato in dict. §. vbi decretum. concordat dictas opiniones, vt prima procedat,quando iudex ante prorogationem cognouerat de meritis cauſæ partibus præſentibus, aliàs procedat ſecunda.

## DECISIO XXXIIII.

*Spoliati exceptio.*

LEx, ſi quis in tantam. C. vnde vi. practicari poteſt etiam excipiēdo, quando ſpoliator agit ſuper proprietate: quia reus ſpoliatus poterit excipere de dominio amittendo ex dicta conſtitutione, ſecundum gloſſ. & Panor. in c. paſtoralis.extrà,de cau.poſ.& propri. in ver-

in verbo,facultatem,ad fin.Io. Mo.in c. fin.de reſti. ſpol. & tunc ſecundum Panorm.non debet excipere, quòd agens nullum ius habeat in re, ſed quòd eſt priuandus, ex dicta conſtitutione, cùm non priuetur ipſo iure, ſecundum gloſſam ibi.

DECISIO XXXV.

*Inſtrumētum.* DEbitor tenetur creditori ſoluere facturam inſtrumenti leuati, quãdo fuit leuatum & captum à notario poſt moram debitoris,& maximè quando etiam litigauit, ſecùs ſi non fuit in mora abſoluendi, nec litigauit, ſed obtulit debitum, ſecundum Bald. & Salic. in l.non ignorat. C. de fru. & lit.expen.

DECISIO XXXVI.

*Curator.* *Reſpondetur poſitionibus.* CVrator poteſt licitè inſtruere ſuum minorem, cuius eſt curator, qualiter reſpondeat poſitionibus,quando ipſe minor eſt ſimplex, & aduerſarius ſuus ſagax & callidus, ſecũdum Salic. in l. 2. §. quod obſeruari. C. de iura. cal.& ibi ſequitur do. Sandilianus: facit quod habetur per Hoſtien.in c.1.& in c. paſtoralis. in fine. extrà. de iudi. & per Panorm.ibi,in 3. col. Qui Hoſti. & Panorm. vbi ſuprà,dicunt, quòd quando timetur, ne ſimplicitas debentis reſpõdere poſitionibus noceat, poterit admitti,vt reſpondeatur per aduocatum.

DECISIO XXXVII.

*Terminus ad pducendũ Inſtrumēta.* TErminus ſtatutus à iudice ad producendum inſtrumenta, intelligitur præfixus ad omne genus ſcripturarum, non autem ad teſtes producendos, ſecundum Spec.in titu.de dila.§.videndum. verſic.item nota. & Bald.in l.1.C. de iura.cal.quod ibi ſequitur & dicit eſſe notandum do.Sandilianus.

DECISIO XXXVIII.

*Iuramentum calumniæ.* IVramentum calumniæ præſtari non debet de neceſsitate, quando proceditur per modum volũtariæ iuriſdictionis. Item,quando eſt quæſtio iuris, quæ non exigit probationes.l.ornamentorũ. ff.de aur.& arg. lega. Idem ſi eſſet quæſtio de re notoria: quia notoria probatione nõ indigent. Idem ſi quis peteret priuilegium vel diſpenſationem, ſecundum Spec.in tit.de iura. calum. in §. ſeqũitur.verſ.quid vbi.& Bal.in l.1.C. eo.

DECISIO XXXIX.

*Præſcriptionis interruptio.* CItatio facta de reo, vt compareat coram arbitro, interrumpit præſcriptionem, ſicut citatio iudicialis, ſecundum Bald. & Doct. in l. cùm antea. C.de arbi. quod non procederet, ſi citaretur coram arbitratore, ſecundum Bald. vbi ſuprà: quia iſtud compromiſſum magis aſsimilatur cõtractui, quàm iudicio.

DECISIO XL.

*Exceptio dilatoria.* EXceptio dilatoria nouiter nota poteſt opponi poſt lit. conteſtat. niſi conſtaret de negligentia opponentis ante commiſſa, ſecundum communiter Cano. in cap. paſtoralis.extrà,de except. Angel.in l. qui procuratorem dat. §.1.in l. Pomponius.§. rati. ff. de procu. Salic. in l.de die.§. ſi ſeruus. ff. qui ſatiſda. cogant. Butr.& Panormi. in c.2.extrà,de or.cog.

DECISIO XLI.

*Iudex de plano procedit.* IVdex poteſt de pleno & parte non citata informationes capere, & non ſedendo pro tribunali ſuper aliquo notorio: item ſuper infamia: item ſuper legitimatione perſonæ. Nec etiam tunc requiritur, quòd teſtes iurent, ſecũdum Butrig. in c. in veſtra. extrà, de cohab. cle. & mul. Idem ſuper fama, ſecundum gloſſ. in verb. de plano. & Innocen. in c. tua. extrà, de ſponſa. quod ibi ſequitur Panormi. quando non tractatur de magno præiudicio: aliter ſecùs. Et idem dominus Conſtantius in tractatu de cautelis iudiciorum, in titul. de citatione, §. 8. in fin.

DECISIO XLII.

*Citatio generalis.* COnſilium eſt ad euitandum multitudinem citationum in ſingulis actibus iudiciarijs, vt fiat à principio cauſæ citatio generalis ad totam cauſam, ac ſingulis diebus & horis, ad omnes & ſingulos actus eiuſdem cauſæ, vſque ad ſententiam diffinitiuam incluſiuè, cum cõminatione, quòd in citatos contumacia non obſtante procedetur

ad co-

ad cognitionem & pronunciationem. Et facta tali citatione, vt ſuprà, quæ valet, poterit iudex procedere in ipſa cauſa, & ad ſententiam abſque vlteriori citatione, ſecundum Innoc. in c. conſuluit. extrà, de offic. deleg. in glo. in verb. id. quæ incipit, Nota ſufficere. Bal. Ang. & Innocen. in l. qui ante calendas. ff. de verb. oblig. Spec. in titu. de citatione. §. viſo. verſ. item licet in die. & Ioan. And. in d. c. conſuluit. Bart. in tract. ad reprimendam, in verb. per edictum. & ſequitur dom. Conſtan. in tract. ſuo de caute. iud. in titu. de cita. §. 9. ſed Ioan. Andr. in addit. in dicto verſic. item licet. & Butri. in d. c. conſuluit. ac Panormit. in 3. & 4. colum. in c. fin. de dila. videntur tenere contrarium, ſcilicet, quòd talis citatio generalis non ſit permiſſa, niſi ex cauſa, ſcilicet, quando perſona citanda multùm diſtaret, & in longinquis partibus. per c. tum ex literis. ad fin. de in integr. reſti. & c. fin. de do. & contu. Et ſi compareat, ſit citandus iterato ad reliquos actus. Sed prima communiter tenetur, vt valeat talis citatio, etiam in eo, qui nō eſt in longinquis partibus: fortè, quia de eius longa abſentia futura dubitatur, vel ne latitet. Et pro communi ſententia eſt text. ad literam in l. qui crimen. ibi, vt veniat ad cauſam peragendam. C. qui accuſ. non poſſ. & Domini de Rota deciſ. 96. in nouiſ.

## DECISIO XLIII.

*Procurator citādus.*

SI principalis citatus in principio cauſæ comparuit per procuratorem legitimè cōſtitutum, qui litem inchoauit, & ex poſt citetur idem principalis ad aliquem articulum vel actum in ipſa cauſa, non tenetur comparere, quia à principio conſtituendo procuratorem, videtur animum ſuum declaraſſe, quòd per procuratorem litigare volebat, & eſſe in iudicio. Ideò debet procurator citari, non dominus, aliàs actus & ſententia eſt nullus & nulla, ſecundum dominum Lamber. de Rampo. & Bartol. in l. 1. C. de ſen. & interloc. omn. iu. & in l. procuratoribus. C. de procurat. & ibi Bald. & Panormi. in c. dilectus. extrà, de procur. quo limitatur ſecundum Barto. in l. quamuis. ff. de damno infecto. niſi procurator non defenderet, quia tunc dominus poſſet citari. Idem ſi citaretur dominus tāquam meliùs inſtructus, puta, ad reſpondendum poſitionibus & ad ſimilia, per notata in c. 1. de iudi. in 6. & in l. fin. C. de procur. Et hanc limitationem tradit dominus Cōſtantius in tractat. de caute. iudi. in titul. de cita. §. 6. circa princip.

## DECISIO XLIIII.

*Officialis ſuſpectus.*

IN his caſibus, in quibus officialis poteſt punire, & procedere contra delinquentem in ſe, vel famulos ſuos, vt per Innoc. in c. ex parte. de verb. ſignifi. & Bart. in l. ſi quis fortè. §. 1. ff. de pœnis. poterit allegari ſuſpectus, ſecundū Pet. & Cyn. in l. 1. C. ne quis in ſua cauſa. Ioan. Andr. in c. ſi quis erga. 2. q. 7. Panor. in c. dilectus. de pœnis. licet Cal. in dicta l. 1. teneat cōtrarium: cuius opinio procedere poſſet, quando delictum ſeu iniuria eſſet notorium & notoria, concernens officium, & pœna eſſet à iure taxata, vt tunc non poſſit recuſari. Secùs ſi pœna non ſit à iure taxata, ſed arbitraria, vt in prima opinione, quia poſſet fortè in arbitrando modum excedere. Hanc diſtinctionem ſentit Panor. in 4. colum. in c. cùm veniſſent. extrà, de iudi. & in d. c. dilectus. Et illam tenet expreſſè dom. Conſtan. in tracta. de caute. iudi. in tit. de recuſa. iudi. in §. nunc. 2. loco.

## DECISIO XLV.

*Ceſſio.*

CEſsionarius intētans directam, debet ante litem conteſt. fidem facere de ceſsione, quia videtur agere procuratorio nomine alterius, hoc ideò ante omnia tenetur perſonam ſuam legitimare. Secùs ſi vtilem, quia nomine proprio agit, licet petitio originem ſumat ex perſona cedentis. Ideò tunc ceſſio reſpicit iuſtitiam cauſæ, non legitimationem perſonæ. Et ſufficit fidem facere de ceſsione poſt lit. conteſt. & in tempore probatorio, ſecundum Bartol. Bald. & Salice. in l. qui ſtipendia. C. de procu. & ipſum Barto. poſt Iacob. Butr. in l. 1. C. de actio. & oblig. in q. fin. licet

Bald.

Bald. in d. l. qui ſtipendia, in fine commenti videatur tenere eſſe dandam copiam ceſsionis conuento ante lit. conteſt. quando in libello de ea fit mentio, niſi iuret, ſe tunc non poſſe edere. Quãdo autem intelligatur intentaſſe directam, & quando vtilem, declarant Bart. Bald. & Salic. vbi ſuprà. Et opinio Bald. nunc relata poſſet procedere, quando fit in libello mentio ceſsionis limitatiuæ ſeu relatiuæ, & ſe ad eam referendo. Secùs ſi ſimpliciter aſſertatiuè per theoricam Bart. in l. edita. C. de edendo.

## DECISIO XLVI.

*Recuſatio iudicis.*

IVdex à quo eſt appellatum ex vna cauſa, non poteſt ab appellante in alia cauſa recuſari, vt ſuſpectus, quia ſola pẽdentia appellationis non eſt ſufficiens cauſa, vt poſsit recuſari. Caſus eſt in l. 1. ff. de appell. & ff. apud eum, à quo appell. eſt, &c. Ratio, quia ſi de nouo grauabit, poterit appellare, vt ibi, vel recuſare eum tunc ſi maluerit. Sed ſi vellet probare veritatem grauaminis, propter quod appellauit coram arbitris, pronunciabitur ſuſpectus. Et ita intelligatur c. ad hæc. el 1. extrà, de appel. dum videtur velle poſſe recuſari iudicem, à quo eſt appellatum, ſecũdum Ioan. And. quem ibi ſequuntur But. Panorm. & communiter Doct. poſteriores, teſte eodem Panor. ibi, & etiam Bart. in d. l. 1.

## DECISIO XLVII.

*Iudicis recuſatio.*

A Iudice ſuſpecto poteſt recedi etiã per viam appellationis, quando ſuſpicio inſurgeret ex dolo vero vel pręſumpto de præterito ipſius iudicis: vt, quia monendo vel interloquẽdo antea illum grauauit. Et hoc caſu procedat gloſſ. in c. quoties Epiſcopi. 2. q. 6. dum vult, quòd à iudice ſuſpecto poſsit recedi per viam appellationis, vel etiam recuſationis, & ita poteſt intelligi c. cum ſpeciali. extrà, de appell. non violando dictum text. prout dicitur violari, intelligendo, prout ibi illũ intelligit Inn. ſcilicet, ex diuerſis cauſis cõmonitum habere remedium recuſationis & appellationis: recuſationis propter ſuſpicioné: appellationis propter grauamen, non autem ex eadem cauſa. Si verò inſurgeret ſuſpicio ipſius iudicis propter aliquam cauſam, quæ non argueret verum dolum vel præſumptum de præterito in ipſo iudice, vt in caſibus, de quibus per gloſſ. in c. cauſam. extrà, de offic. deleg. & in c. cùm ſuper. eod. tit. & per Spec. in tit. de iudi. del. §. ſupereſt. tunc dici poſſet competere tantummodò remedium recuſationis, non appellationis. Et hoc caſu procedat intellectus & opinio Innocen. vbi ſuprà, quem ſequitur Panor. ibi. & quod vult Specu. in tit. de recuſa. iudicis. §. qualiter. in fi. hanc diſtinctionem & concordiam opinionum reperio ſubtiliter inductam, per domi. Conſtantium in tracta. ſuo de caute. iudi. in titul. de recuſ. iud. §. nunc ſecundo loco. in prima colum.

## DECISIO XLVIII.

*L. ſi conuenerit.*

DIſpoſitio l. ſi conuenerit. ff. de iuriſdict. omnium iud. non habet locum, quando iudex, cuius iuriſdictio eſt prorogata, erat præſens, & prorogationem acceptauit, ſecundum Cynum, Guil. Ange. & communiter Doct. ibi. & Cano. in c. 1. extrà, de iud. Item quando pactio illa eſſet iurata. c. nouit. de iud. c. ad noſtram. & c. & ſi Chriſtus. extrà, de iureiur. Item quando renunciatum eſſet fori priuilegio, ſecundum gloſ. Albe. & Bald. in d. l. ſi conuenerit. Item quando iuriſdictio prorogatur tacitè delinquendo, authen. qua in prouincia. C. vbi de crimine agi opor. l. nullum. C. de teſti. c. fina. de foro compet. Et quando paciſcens promiſit ibi ſoluere, ſcilicet, in foro & loco iudicis prorogati. l. contraxiſſe. ff. de actio. & obligatio. ſecundum Ange. Albe. & Bart. vbi ſuprà. Item ſecundum Ange. ibi, ſi prorogatio ſit facta iudice ſedente pro tribunali, licet non acceptauerit.

## DECISIO XLIX.

*Princeps mãdans.*

PRinceps mandans vel committens aliquid iudici ordinario, non facit ipſum eſſe iudicem delegatum in eo, ſed videtur potius ſuam iuriſdictionem ordinariam excitare: niſi in mandato vel reſcripto ſint verba alterantia, augentia vel minuentia iuriſdictionem ordina-

riam,ſecundum gloſſ.fin.in c.hi qui. de præben.in 6. Canon. communiter poſt Innoc.in c.licet in corrigendis.extrà,de offic.ord.& legiſtas in l.ſępè audiui Cæſarem.ff.de offic.præſi.

## DECISIO L.

*Pœna ſanguinis.*

VIcarius poteſtatis vel alterius principalis officiarij poteſt omnia,quæ poteſt ipſe principalis officiarius, præter mortis illationem ſeu pœnam ſanguinis, nam talis pœna non intelligitur ipſi vicario demandata, ſecundum gloſ. in l. aliquando. ff. de offic. procon. & leg.quam ſequuntur ibi Albe.& Bart.& in l. 1.ff.de offic.eius, cui manda. eſt iuriſ.& etiam refert & ſequitur dominus Ambroſius in d.l.aliquando.

## DECISIO LI.

*Notoriũ.*

NOtorium dici poteſt, quod per confeſsionem iudicialem vel bullam Apoſtolicam ſeu publicum inſtrumentum probatur,ſecundum Innoc. in c.2.extrà,de confirma.vti. vel inuti. Panor.in c.cùm olim.de cenſi. Item quod probatur per teſtes plures decem, ſecundum Bald.in l.ſi verò. §. qui pro rei qualitate.ff.qui ſatiſda.cogan.eſt gloſſ.in c. de manifeſta.2.q.1.

## DECISIO LII.

*Mandatum cum libera.*

VBi exigitur mandatum ſpeciale, regulariter ſufficit generale cum libera, quod ſpeciali æquiparatur. ff. de procu.l.procu. cui libera. & l. iuſiurandum,quod ex conuentione.§.fina. ff.de iureiu.& ſecundum Bald.in l.illud. §. 1. ff. de minor. Ange. Aret. Inſt. per quas perſo.no.acqui.circa prin.Nec obſtat c. qui ad agendum.de proc.in 6. & Cle. 2. eod.tit.quia ibi non interuenit libera.

## DECISIO LIII.

*Depoſitio dubia.*

DVbiam depoſitionem teſtis ſeu obſcuram,non interpretatur producens ad ſuam intentionem, ſecundum Bart. Bald. & Angel. in l. ſi quis intentione.ff.de iudi. Bartol.in l.prima.in fi. C. de vſufruct. in l. 2. §. creditum. ff. ſi certum petat. Panorm.in c.cum tu. extrà,de teſtib.

*Adde Matt. de Affli. deciſ. 305.*

## DECISIO LIIII.

*Cautio de rato.*

ETiam vbi exigitur mandatum ſpeciale,& de mandato dubitatur, admittitur cautio de rato.l.illud.§.quod ſi de ſpeciali.ff. de min. Quod fortè non procederet in eo,qui dicit ſe habere mãdatum ad recipiendum vel exequẽdum ſententiam,ſecundum gloſſam magnã, circa finẽ. in l. Pomponius. §. rati.ff.de procu.in l.non ſolùm.§.qui alieno.eod. tit.Cyn.in l.1.C.eo.licet Bar.in l.ſi ſine. §.cùm autem.ff. rem ratam hab. teneat contra dictas gloſſ. ſuper quo vide dominum Alexand.limitantem in dicta l. prima.

## DECISIO LV.

*Satiſdatio.*

ARreſtatus pro cauſa criminali tenetur ſatiſdare, de iudicatum ſoluendo, antequam relaxetur: licet multa bona poſsideat, & pœna imponenda ſit modica, ſecundum Bald. in l. minor. §.is qui.ff.de procu.per illum tex.& l. 1. & 2.ff.de cuſto.reo.

## DECISIO LVI.

*Probationes ſemiplenæ.*

DVæ ſemiplenæ probationes etiam diuerſi generis ad eundẽ finem tẽdentes,inducunt plenam probationem, c.ſi de ſuc.ab inte.etiam ſecũdum Bart. in l.admonendi.in verſic.his præmiſsis. ff.de iureiur.& in l. 1.§. idem Cornelio. ff. de quæſt. Bald. in l. ſpadonem. §. qui iura.ff.de excu.tut.But.in c.fi. in 7. col. extrà,de iureiuran. Domi.Alex.in dicta l. admonendi.colum.antepenult. & ibi do. Iaſ.& domi.Franc.de Cur.Panorm. in d.c.fi.de ſuc.ab inte. Albe. in l. 3.iuncta glo.in verb.legitimis.ff.de excu.tut. Paul.de Caſtr.in conſil. 82. incip. Quòd præfata ſenten.

## DECISIO LVII.

*Mandatum.*

MAndatum quod eſt neceſsitatis, non reuocatur morte mandantis.l.fundi.§.item ſi amicus.ff.de acqui. poſſ. & ibi Bart.c. ſi ſuper gratia. de offi. delega. in 6. facit l.mortuo iudice. cum ibi not.per Doct.ff.de iudi. Ideò executor, cui à ſuperiore iniunctum eſt, vt in poſſeſsionem mittat,vel certum aliquid faciat, poterit exequi mortuo mandante, ſeu eius officio finito.

DECI-

L. hodie. ff. de pœnis.

DECISIO LVIII.

LEx, hodie. ff. de pœnis. non habet locum in pœnis à ſtatuto determinatis, ſed eſt præciſè ſeruandum, secūdum Bal. in ſua repetitione. §. pœna grauior. in l. quid ergo. ff. de his, qui notan. infa. l. 1. C. ſi aduer. delic. in authen. hodie. C. de iudi. Contrarium tenent ipſe Bald. Salic. Paul. de Caſtr. & domi. Alexan. in l. & ſi ſeuerior. C. ex quib. cau. infa. irro. & Bart. vt ipſe Bald. refert, vbi ſuprà, quando ſubeſſet legitima cauſa, quod verius videtur.

Subdelegare.

DECISIO LIX.

DElegatus Principis vel Papæ, cui eſt commiſſa cauſa per ſeipſum terminanda, non poteſt eam ſubdelegare, etiam partibus cōſentientibus, ſecundum Angel. & dom. Cato. in l. moræ. ff. de iuriſdict. omnium iudic. per c. cum dilecta. extrà, de reſ.

Citatio.

DECISIO LX.

PEr ſolam citationem deſinit res eſſe integra, etiam de iure Ciuili. ff. de iudi. l. ſi quis poſtea. c. gratum. extrà, de offic. deleg. & c. relatum. eod. tit. quod procedere poſſet citra correctionem, quando fieret citatio extra merita cauſæ, puta ad videndum fieri præſentationem reſcripti, vel electionem ſcribæ, & ſimilia. Iura autem cōtraria procedunt in citatione ſuper meritis, ſecundum dominum Cato. in l. moræ. ff. de iuriſdict. omnium iudi. ita concordantem dicta iura.

Dolus.

DECISIO LXI.

DOlus in libello regulariter nō debet exprimi de neceſsitate, dicendo, quòd ita doloſè factum eſt: ſed ſufficit narrare factum, ex quo dolus colligatur, ſecundum Cyn. in l. ſi non conuitij. C. de iniur. in 6. & 7. q. not. Doct. in l. ſi quis intentione. ff. de iudi. dom. Cato in l. ſi quis id quod. in §. doli. ff. de iuriſdict. omnium iudi.

Prodigus.

DECISIO LXII.

INterdictio, Prodigo facta, ceſſat ſtatim, cùm redijt ad ſanos mores, & deſinit eſſe prodigus, pariter & cura ipſo iure abſque iudicis facto, ſi hoc eſt manifeſtum: aliàs ſecùs, ſecundum Iacob. de Aret. Bart. & communiter Docto. in l. is cui bonis. ff. de verb. obligat. per l. 1. C. de cura. fu.

DECISIO LXIII.

Exceptio.

EXceptio generalis ſiue obſcura, nō releuat, ſi contra eam opponitur per partem. l. ſcire. §. ſcire. ff. de excuſ. tuto. eſt gloſſ. 3. in c. paſtoralis. extrà, de excep. Bar. in l. 1. ff. eo. in 2. colum. Bald. in l. Titiæ. ff. de lega. 1. Flor. in l. in exceptionibus. ff. de proba.

DECISIO LXIIII.

Reconuētio. Hoc eſt dubiū forte, vt ait Matt. de Affli. deciſio. 173. quem omninò vide.

CLericus agens contra laicum coram iudice laico, voluntariè dimiſſo iudice eccleſiaſtico, cuius copiam habebat, poteſt ibi reconueniri, ſecundum gloſſ. Hoſti. & Ioan. Andr. & pleroſque Cano. in c. at ſi clerici. extrà, de iudi. Niſi in fraudem hoc fecerit, aut reconueniatur in actione famoſa, vel re ſpirituali, & niſi ageret pro iniuria vel damno: ſecùs ſi ex neceſsitate, vt quia cauſa erat merè prophana: & tunc procedat opinio Pet. Cyn. & Iacob. But. tenentium, quòd non poſsit reconueniri, ſecundum Archi. 3. q. 8. in c. cuius in agendo. in c. nullus. extrà, de foro compe. in c. 1. extrà, de mu. petitio. Spec. in titu. de reconuen. §. nunc dicamus. verſicu. ſed pone clericus. & verſic. & no. Ange. in l. conſenſiſſe. §. ſed ſi agant. ff. de iudi. Bald. & Salic. in authen. & conſequenter. C. de ſen. & interlo. omn. iudi.

DECISIO LXV.

Reconuentio.

REconuentio non habet locum in cauſa appellationis, ſecundum Innoc. Butr. & Panor. in c. 1. de mu. petitio. Cyn. & Bal. in l. per hanc. C. de tempo. appel. Guil. Bart. & Salic. in authen. & conſequenter. C. de ſen. & interlocu. om. iud. Specul. in titul. de reconuen. §. nunc dicamus. verſic. ſed nunquid coram iudice. per caſum quem Bald. dicit ſingularem in l. ad cognitionem. ff. ex qui. cauſ. in poſſ. ea. & l. 1. §. ſed ſi agant. ff. de iudi. Quod limitant Angel. in l. conſenſiſſe. §. legatis. eod. titul. Butr. & Panormita. in dicto cap. primo. Niſi appellans,

pellans, cùm haberet copiam iudicis appellationis in proprio domicilio, voluit ad alium remotum iudicem appellare, & in appellatione extraiudi. quod ſequitur dom. Præpo. in rubric. extrà, de ap. in 30. colum.

## DECISIO LXVI.

*Procurator.* PRocurator non poteſt ſine ſpeciali mandato aut generali cum libera, iuriſdictionem prorogare, ſecundum gloſſ. & Panormitan. in cap. cùm olim Abbas. de offic. deleg. Angel. in l. 2. in princip. ff. de iudi. per dictum cap. Innocent. in cap. de cauſis. extrà, de offic. delega.

## DECISIO LXVII.

*Iudicis incompetentia.* EXceptio iudicis incompetentis debet opponi ante lit. conteſta. non poſt. l. ſed ſi ſuſceperit. & ibi Ange. ff. de iudi. habetur in l. licet. C. de procur. in l. fin. C. de except. in c. inter monaſteriũ. extrà, de re iudi. niſi talis exceptio redderet iudicium retrò nullum, aut funditus eradicaret iuriſdictionem ipſius iudicis, quia tunc poteſt opponi quandocunque, ſecundum Albe. Ange. Bald. & communiter Docto. in l. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ier. per dictam l. licet. Et ſuper dicta exceptione incompetentiæ eſt pronunciandum expreſſè, antequam procedatur ſuper principali, quando citatus non cõparet, nec eſt iuriſdictioni citantis ſubmiſſus, & cauſa in citatorio non eſt expreſſa: aliàs proceſſus non tenet, ſecundum Innocen. in c. præterea. extrà, de dila. in fin. 1. colum. Si verò citatus comparet, & contra citantis iuriſdictionem opponit, ſufficit iudicem ad vlteriora procedere: quia ex eo videtur ſe competentem tacitè pronunciare, & exceptionem repellere, ſecundum Spec. in tit. de excep. §. nunc videndum. verſic. & not. ſecundum Vber. Angel. in l. 2. præall. niſi citatus comparens petat expreſſè pronunciari ſuper ipſa exceptione: quia tunc ante omnia debet expreſsè pronunciari: aliàs proceſſus redditur nullus, ſecundum Bald. & domi. Præpoſi. in c. ex parte M. extrà, de appel. Salic. in l. quoniam. Alex. C. de adulte. Bartol. in l. à procedente. C. de dila. Ita intelligentes gloſſ. ibi, & in l. arbitro. ff. qui ſatiſda. cogan.

## DECISIO LXVIII.

*Minor.* IVdicium firmatur iuramento minoris iurantis de ſtando iuri, & de non contraueniendo geſtis & gerendis in ipſo iudicio, licet curatorem non habeat ad litem, ſecundum Iacob. de Aret. Bart. & Bald. in authen. ſacramenta. C. ſi aduer. ven. facit c. ſi annum. de iudi. in 6. c. 2. de pactis. eo. lib. & c. cùm contingat. extrà, de iureiur. & quia in iudicijs quaſi contrahitur. l. 3. §. idem ſcribit. ff. de pecul. Contrarium ſenſerunt Iacob. Butrig. Iacob. Bald. in d. authen. Angel. in l. 1. ff. ſi quis in ius voc. non ier. Spec. in tit. de actore. §. primo. verſicul. Quid ſi minor.

## DECISIO LXIX.

*Hæres.* EX ſubmiſsione defuncti ad omnes curias cum renunciatione fori poteſt hæres ibi conueniri. c. dilecti. & ibi But. & Panormit. extrà, de foro compe. Bart. in l. poſtulante. per illum tex. ff. ad Trebel. facit l. ſi is qui Romæ. ff. de iudi. Sed ex ſubmiſsione defuncti ad arreſtum, non poterit hæres arreſtari, ſecundum Bar. Ange. & do. Alex. in l. ſi deceſſerit. ff. qui ſatiſda. cogan. facit dicta l. ſi deceſſerit. & l. 1. §. ne autem. C. de cad. tol. Quæ ſubmiſsio ad arreſtum valet, ſi fuerit iurata, & eſt ſeruanda de iure Cano. c. ex reſcipto. extrà, de iureiur. qui tex. eſt ad limitationem traditorum, per Doct. circa hunc paſſum in l. nemo poteſt. ff. de lega. 1. in l. ob æs. C. de actio. & obligatio.

## DECISIO LXX.

*Fori priuilegiũ.* PRiuilegium fori lite pendente ſuperueniens reo, citra eius factum voluntarium, illum eximit à iudice, coram quo lis erat inchoata, ſecundũ Bar. in l. 1. ff. de pœnis. Ang. in l. ſi quis poſtea. ff. de iudi. per l. non diſtinguemus. §. ſi quis. ff. de arbi.

## DECISIO LXXI.

*Iuriſdictiõis præuentio.* EX actu nullo non inducitur præuentio iuriſdi. ſecundum Archidi.

2. q. 6

2.q.3.in c.non ita. per l. ſi quis poſtea.ff. de iudi. & l.1.C. ne de ſta.defunc.Ange. in dicta l. ſi quis. Nec per citationem, quando citatus fuit contumax in comparendo: & tunc poteſt vterque iudex procedere, ſecundùm Angel. ibi, per l. euidenter.ff.de except.rei iudi.

## DECISIO LXXII.

*Sententia præcepti.*

PRæceptum de ſoluendo factum à iudice in confeſſum non dato libello, ſed ad ſimplicem requiſitionem creditoris, eſt interlocutoria, non diffinitiua, ſecundum glo. in l. fin.in fin.prin. in verb. iudiciali,C.de iur.do.imp. Bar. in l.2. in l.non fatetur.ff.de confeſ.Bald. in l.fina.§.neceſsitate.C.de bo. quæ lib. Iac. de Aret. in l. à procedente. C.de dila.Ange.in l.ſi debitori.ff.de iudi. Et dicitur ſententia præcepti.2.q.1.c. nos. & poterit fieri etiam die feriata ob hominum neceſsitates, & iudice non ſedente, & reuocari contrario imperio, ſecundum eos. Secùs ſi dato libello emanauit confeſsio: quia tunc non fit præceptum, ſed ferri debet ſententia diffinitiua, ſecundum gloſſ.in dicto c.nos. in §. ſuſcepto.in authen.de exhi. reis. colum. 5.in l.proinde.ff.ad l. Aquil.Iac. Butr.Barto. Ange. & Doct. prædictos, vbi ſuprà. & do. Alex.in dicta l. ſi debitori. Licet Bal. in primo caſu dixerit, tale præceptum eſſe diffinitiuam, in l. errore. C. de iur. & fac.igno.& gloſſ.in l. ſancimus.C.de admi. tut. dixerit eſſe tertiam ſpeciem ſententiæ, tamen communiter tenetur, vt ſuprà.

## DECISIO LXXIII.

*Abſolutoria.*

PRobato dominio per agentem rei vendi.ſed non poſſeſsione aut detentatione in conuento, eſt tantùm abſolutoria ferenda, & non declaratoria dominij, per caſum in c. Raynaldus. in §.penult.cum gloſſ.ibi, in verb. petitis. extrà, de teſtamen. Licet gloſſ. videatur tenere contrarium in l. ſi à te. ff. de except.rei iudi. per illum text. in §. ſi quis fundum. Panor.autem, quem ſequitur Felin.in c.penulti.extrà, de excep. dicit primam opinionem procedere, quando antequam conſtaret de iure actoris, cõſtat reum non poſsidere aut detinere. Secundam, quando prius de iure actoris conſtat, & pòſt apparet reum non poſſidere, vel detinere.

## DECISIO LXXIIII.

*Probare impeditus.*

CVi eſt via præcluſa probandi à lege ſtatuto vel iudice, non admittitur ponendo, ſeu iuramentum parti deferendo, aut partem interrogando, per l. tutor.§.qui non compellitur. ff. de iure deliber.l.in contractibus.§.illo.C.de nõ nume.pecu.& ſecundum Ang. & communiter Doct. in l. ſed ſi reſtituatur. §. ex quibus. ff. de iudi. per illum text. & iura prædicta.

*Vide tamen ſcripta Felin. in c. vltra tertiã. colum. ſi. de teſtib.*

## DECISIO LXXV.

*Exceptio dominij.*

EXceptio dominij, ſeu dolo facis, &c. non admittitur contra agentem interdicto retinendæ, & dicentem ſe turbatum, ſecundum gloſſ. in l. ſi de eo.§.fin. ff. de acquir. poſſeſ.Iac. Butri. Iacob.de Beluiſo, in l. ſi de vi. ff. de iudi. in l. ordinarij.C.de rei vendi.in l. incerti.C. de interdi. Bartol. & communiter Docto.in l. naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquir.poſſeſſ. Licet gloſſ. in d. l. ſi de vi. gloſſ. fin. in fin. & in l. dolo. ff. de excep. doli. Dyn. in c. dolo. in c. qui ad agendum, de reg.iur.in 6. & Salic. in dicta l. ordinarij. videantur tenere contrarium: quorum opinio, ſecundũ Bart. vbi ſuprà, poſſet procedere, quãdo hinc inde eſſent pares probationes in poſſeſſorio: quia tunc ille obtineret, qui etiam de dominio probaret, vt not.Cyn. in l. 1.in penult.quæſt.C. vti poſsi. In poſſeſſorio autem adipiſcendę benè admittitur dicta exceptio, ſi excipiens, in continenti eam probare vellet.l.final. C. de edict. diui Adria. toll. & ibi gloſſ. & per l. ſi is à quo.ff.vt in poſſ.le, l.3. §. dux. ff. de Car.edi.

*Vide etiã Matt. de Affli. deciſ. 7. & 116. & eundẽ deciſ. 498.*

## DECISIO LXXVI.

*Impetratio litigãdi.*

SI ille, qui impetrauit aliquem in iudicem, nolit poſtea coram eo litigare: tamen ille, cõtra quem fuit facta impetratio, poterit vti literis delegationis contra eum, ſecundum Ioann. Andr. in Clem.conſtitutionem, de elect. & in c. ex conqueſtione, de reſti.ſpol.

## DECISIO LXXVII.

*Incarceratio.*

NOn valet conuentio, quæ dietim apponitur in inſtrumentis, vt debitor ſolutione non facta poſsit incarcerari, & perſonaliter capi abſque alia iuris ſolennitate, ſecundum Bald. And. & Imol. in l. nemo poteſt. ff. de lega. 1. in l. Titio centum. §. 2. ff. de condi. & demonſtr. Ioan. Cato. in l. contra iuris. in princip. ff. de pact. niſi ſit iurata. c. ex reſcripto. extrà, de iureiurand. Et faciens aliquem incarcerari, tenetur ei prouidere de expenſis, ſi ipſe debitor non habet, vnde ſe alat, aliàs iudex eum poterit relaxare, ſecundum gloſſ. ſingularem, in l. fin. C. de ero. mili. an. lib. 12. in verb. agnoſcere. Exiſtens autem in hoſpitio ſeu domo aliena tanquam aduena poteſt pro cauſa ciuili, ſubſiſtente tamen legitima perſonaliter capi, & extrahi per l. lex Cornelia. §. domũ. ff. de iniur. & ſecundum Bald. in l. plerique. ff. de in ius voc. Regulariter autem non deuenitur ad arreſtationem perſonæ, etiã pro executione iudicati, niſi prius facta excuſsione bonorum, ſecundum gloſſ. in l. 3. §. tutores. ff. de ſuſpect. tut. Barto. in l. prima. C. de ceſsio. bo.

## DECISIO LXXVIII.

*Confeſſio tacita.*

COnfeſsio tacita ex verbis libelli inſurgens poteſt reuocari, & mutari, maximè ante litem conteſt. per l. qui familiæ erciſcundæ. cum gloſſ. ff. famil. erciſcund. ſicut & confeſsio tacita orta ex productione inſtrumenti vel atteſtationum, vt vult Bald. in l. cùm precum. C. de libe. cauſa.

## DECISIO LXXIX.

*Confeſſio extraiudicialis.*

COnfeſsio extraiudicialis facta etiã parte præſente, non præiudicat confitenti, niſi fuerit à parte acceptata, ſecundum gloſſ. & Bald. in notabilibus in l. ſuus. C. de repu. hære. Cyn. & Salic. in l. 1. C. de confeſ. eundem Sali. in l. generaliter. C. de non num. pecun. dominus Cato in l. tale pactum. in princip. ff. de pac. Licet do. Alex. in d. l. ſuus. teneat contrarium, quando confeſsio tendit in fauorem partis tacentis, quaſi tunc videatur acceptare.

## DECISIO LXXX.

*Communitas.* *Infrà deciſ. 156.*

COmmunitas ſeu vniuerſitas non conſtituitur contumax, vel in dolo ex contumacia ſyndici communitatis vel vniuerſitatis, ſed debet citari in concilio vel collegio ipſa communitas ſeu vniuerſitas, ſecundum glo. communiter approbatam in l. non poteſt dolo. ff. de re. iur. Niſi recuſaſſet congregare cõcilium ſeu capitulum ſuum ſiue vniuerſitatem: quia tunc citato ſyndico habetur perinde, ac ſi communitas aut vniuerſitas eſſet citata, ſecundum gloſſ. in c. ſi in capitulo. de conceſsio. præben. in 6. Bart. in d. l. non poteſt. Nec dicitur communitas dolum cõmittere vel delinquere, licet plures ſeu maior pars hominum ipſius cõmunitatis aliquid prohibitum faciant: niſi hoc fiat ex ordinatione concilij & ſonata campana, per l. ſed ſi ex dolo. cum glo. ff. de dolo. & glo. in l. ſicut. ff. quod cuiuſque vniuer. Bart. in l. aut facta. ff. de pœnis. quicquid dicatur tenuiſſe contrarium Iacob. Butri. in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi.

## DECISIO LXXXI.

*Confeſſio ſpõtanea.*

COnfeſsio ſpontanea non validat proceſſum nullum ratione iuriſdictionis deficientis. c. at ſi clerici. extrà, de iudi. & ſecundum gloſſ. quæ reputatur ſingularis, in Clementina prima, de ſequeſtra. poſſeſſ. & fruct. Et eſt ad limitationem eorum, quæ habentur in capitul. primo. de accuſa. in 6. & per Bart. in l. ſi confeſſus. ff. de cuſto. & exhib. reorum.

## DECISIO LXXXII.

*Prodigus.*

COntractus alienationis prodigi, cui legitimè eſt à iudice bonis interdictum, non firmatur iuramento, vel obligat eum etiam naturaliter, ſecundum Iacobum de Aret. in l. qui habet. §. ſi pupillus. ff. de tute. Barto. & communiter Doctor. in l. is cui. ff. de verborum obligationibus. quia tale iuramentum non habet illos tres Comites, qui exiguntur in iuramento, vt liget. de quibus in cap. & ſi Chriſtus. extrà, de iureiurand. Imò in eo deficit iudicium ſiue diſcretio.

DECI-

## DECISIO LXXXIII.

*Principalis pro alio.*

COnſtituens ſe principalē pro alio, adhuc habet beneficium excuſſionis, & dicitur fideiuſſor, ſecundum gloſſ. in verbo, fideiuſſorem. in authen. de fideiuſſ. §.1. Cyn. in l. dictantibus. C. de teſta. Salicet. in authent. præſente. C. de fideiuſſ. niſi ſecundum Baldum & Salicet. in l. dictantibus. conſtaret, quòd creditor illum non acceptaſſet, niſi ſe principalem debitorem conſtituiſſet, vt quia renunciauit cum iuramento beneficio de principali prius conueniendo.

## DECISIO LXXXIIII.

*Remediū l. fi. C. de acquirē. poſſeſſ.*

VBi in inſtrumēto eſt hypotheca generalis bonorum cum conſtituto, poteſt creditor venire contra tertium poſſeſſorem, non facta excuſsione bonorum debitoris, intentando remedium l. fina. C. de acquiren. poſſeſſ. ſecundum Iacobum de Butri. & Bald. ibi, Angel. & communiter Doct. in l. exitus. ff. eodem titul. in l. fina. ff. ſi certum petatur. quia illud remedium eſt poſſeſſorium recuperandæ, & agenti tali remedio non poteſt opponi exceptio excuſsionis concernens petitorium. c. 1. in literis. extrà, de reſti. ſpol. l. ſi quis ad ſe feudum. C. ad leg. Iuliam. de vi iuncta l. certè. ff. de preca. Ideò in tali caſu vtile eſt intentare dictum remedium.

## DECISIO LXXXV.

*Error partium.*

ACta facta coram iudice incompetente per errorem partium credentium eum eſſe competentem, poſſunt, poſtquam partes ſciuerint eum incompetentem ratificari: & valebunt retrò geſta, ſecundum gloſſ. quæ reputatur ſingularis & communiter approbata in l. 1. C. vbi de crimi. agi opor. Bal. in l. ſi conuenerit. ff. de iuriſdict. omni. iudi. benè facit l. 2. C. commu. vtri. iud. quod ad limitationem eorum, quæ habentur in l. ſi per errorem. ff. de iuriſdi. omnium iudic. & in l. ſecunda. §. primo. ff. de iudic. quod in clerico, qui litigaſſet coram iudice temporali, non procederet, per cap. at ſi clerici. extrà, de iudic. & cap. ſi diligenti. extrà, de foro competen.

## DECISIO LXXXVI.

*Alienatio.*

LItigioſi vitium non impedit alienationem, quæ fit per cōfiſcationem, per caſum in l. ſi conſtante. in §. fina. ff. ſoluto matrimo. & eſt limitatio ad totum titul. C. de litigio.

## DECISIO LXXXVII.

*Ceſſio ſimulata.*

CEſsio facta per laicum clerico, præſumitur in dubio eſſe ſimulata, ſecundum gloſſ. in c. ſecundo. extrà, de alie. iudi. mu. cauſa fac. quam ibi ſequitur Ioan Andr. dum in quadam Apoſtilla ſuper text. ſe refert ad eam. Idem firmant Pet. Cyn. & Bald. in l. qui ſtipendia. C. de procur. Licet Panor. in dicto c. ſecundo diſtinguat, an ceſsio ſit ex titulo oneroſo, an lucratiuo. Sed gloſſ. prædicta loquitur indiſtinctè, quam ſequitur Spec. in titu. de ceſsio. actio. §. 1. verſi. 4. præſumitur. Hoſtien. in ſumma de alie. iudi. §. an actio. verſic. item præſumitur. Vbi ex conſuetudine clerici trahunt laicos in foro ſuo, vt eſt communiter, secùs ſi coram iudice laici.

## DECISIO LXXXVIII.

*Sentētia iniqua.*

IVdex requiſitus in iuris ſubſidium per literas alterius iudicis nō ſuperioris, vt exequatur, non tenetur exequi, ſi ſententia, cuius petitur executio, dicatur iniqua. no. ſingulariter Innoc. in c. primo. extrà, de offic. ordi. in c. cùm in iure, extrà, de offic. deleg. ſentit Panor. in d. c. primo, & ſequitur Dominus Cato in l. cùm quædam. ff. de iuriſdict. om. iudicum.

## DECISIO LXXXIX.

*Exceptio declinatoria.*

EXceptio declinatoria iudicis penitus incompetentis, licet non ſit appoſita in principio ante alias exceptiones, imò licet aliqua dilatoria ſit oppoſita antè, poteſt opponi vſque ad litem conteſtat. excluſiuè, ſecundum gloſſ. in l. ſed ſi ſuſceperit. ff. de iudic. quam ſequitur ibi Angel. Quia citra litis conteſta. non fit prorogatio iudicis penitus incompetentis, vt nota. in l. prima. ff. de iudi. in l. ſi conuenerit. ff. de iuriſd. om. iud. per Ioan. Andr. in addi. ad Spec. de compe. iudic. adi. §. primo. verſic. quid erit. Eandem ſententiam tenuerunt

*Adde ſuprà deciſ. 40.*

Iacob. Butri. & Alberic. in l. ſi per errorem. ff. de iuriſdict. omnium iudic. Fulg. Cyn. & Salic. in l. fin. C. de excep. facit l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in mille. ff. de ſolution. vbi probatur, quòd litis conteſtatio eſt terminus, qui habet impedire pœnitentiam & exceptionē declinatoriam: ergo ante litem conteſtatam non impeditur, niſi ſecundum Panormitanum in c. primo. extrà, de iudi. cōſenſum eſſet in iudicem præſentem & acceptantem: quia tunc non licet pœnitere. Contrariam opinionem primæ concluſionis tenent Bar. & Bald. in dicta l. ſi conuenerit. & idem Bald. in l. fin. C. de iudic. Innoc. & Felin. in cap. inter monaſterium. extrà, de re iudi. dicens, hanc eſſe communem. Si tamen ſimul & ſemel opponantur dilatoria & declinatoria, licet dilatoria in ordine ſcripturæ fuerit præpoſita, non per hoc inducitur prorogatio. Quia declinatoria intelligitur prima in intellectu, per l. 2. §. penult. ff. de vulgar. & pupil. ſecundum Bart. in l. quidam conſulebant. ff. de re iudi. Angel. vbi ſuprà. & Felin. in dicto c. inter.

## DECISIO XC.

*Reus.*

PEr ſatiſdationem de iudicio ſiſti, quam ex neceſſitate præſtat reus, ſeu per alium actum, quem facit ex neceſſitate & iuſſu Iudicis, puta, quia ſoluit ſportulas, non videtur in iudicem conſentire, vel inducitur prorogatio, ſecundum Innoc. quem ſequitur Felin. in c. inter monaſterium. extrà de re iudi. & ibi Bald. in 1. colum. Archid. 4. q. 4. in c. nullus. Ange. in l. ſed ſi ſuſceperit. ff. de iudi. Bart. in l. ſi conuenerit. ff. de iuriſd. omn. iud. Bald. in l. 2. C. de bo. autho. iudi. poſ. & in authen. offeratur. C. de lit. conteſt. vbi eſt caſus ad hoc.

## DECISIO XCI.

*Agricola.*

LAboratores conducti in prædio, de quo erat controuerſia ad laborandum, ignorantes controuerſiam, non debent puniri quaſi turbatores. gloſſ. cum Bart. in l. rem. in §. tignum. ff. de rei vendi. & dominus Petrus de Anchar. in ſua repetitione. c. Canonum. extrà, de conſtitu. in 14. quæſt. principali. in verſ. quæro de illa quæſtione, in qua conſuluit Bal. not. Doct. in l. non ideò minus. C. de accuſa.

## DECISIO XCII.

*Coniunctus.*

COniunctus nō admittitur pro cōiuncta perſona ſine mandato, contra perſonam æquè coniunctam, ſecundum Pet. in l. exigendi. C. de procur. vt refert & ſequitur Bald. in l. ſed & hæ. ff. eo. Contrarium dicit ipſe Bald. in c. poſtremò. in fin. extrà de appell. ſi vera eſt lectura.

*Et ibidē Paul. de Caſt. Alex. in d. l. exigendi. cū quo tranſit ibidē Iaſ.*

## DECISIO XCIII.

*Bannū.*

SI ſtatuto caueatur, quòd citatus nō comparens ponetur in bāno, de quo non exeat, donec ſoluerit condemnationem. Et quidam citatus & poſitus in banno, & condemnatus ad certam ſummam, vult potiùs ſtare in banno, quàm ſoluere cōdemnationem pecuniariam: fiſcus autem vult interim cōdemnationem exequi in ſumma, de qua in ea & in bonis, hoc non poteſt fiſcus. Quia in alternatiuis electio eſt debitoris: & quia ſtando in banno ſatisfacere videtur. ff. de condictio. ob cauſam. l. dedi. in principio. Ita Bald. in authen. bona damnatorum. C. de bonis proſcrip. dicens etiā, quòd mortuo tali bannito in banno poterit fieri executio contra eius hæredes.

## DECISIO XCIIII.

*Æſtimationis incrementum.*

IVdex habens iuriſdictionem limitatam vſque ad certam quantitatem, puta, in cauſis vſque ad centum, petita re valoris centum tempore petitionis, ſi pendente lite eius valor creuerit, poterit de cauſa cognoſcere & iudicare. Quia incrementum æſtimationis non habet excludere iuriſdictionem in tali caſu, ſecundum Guil. & Bar. in l. ſi idem cum eodem. ff. de iuriſdi. om. iud. per l. ampliorem. in §. fin. & ibi Sali. C. de appel. idem ſecundum Docto. in dicto c. ſi idem in actione creſcente propter inficiationem, quia debet attendi principium petitionis. l. item veniunt. §. cùm prædiximus. ff. de peti. hæred. facit gloſſ.

gloſſ. in l. certi condictio. in principio. ff. ſi cert. peta. tenent Angel. in l. qui tabulas. ff. de furt. & Panorm. in c. cùm inter. ad finem. extrà, de re iudi. Ex quibus poteſt fieri talis concluſio, quòd limitatio iuriſdictionis nõ trahitur ad incrementum, ſed ad principium: niſi incrementum etiam à principio in petitione comprehenderetur, vt in actionibus arbitrarijs, in quibus ex iudicis officio poteſt intereſſe excedere, id quod petitum eſt, ſecundum Guil. & Ange. in dict. l. ſi idem.

### DECISIO XCV.

*Vulnus.*

PОrtatio armorum & inſultus confundũtur de iure Communi in vulnere illato, ita, quòd vna pœna ſufficit. per gloſſ. nota. in l. qui de crimine C. de accuſa. quæ communiter approbatur.

### DECISIO XCVI.

*Conductor.*

COnductor rei alienæ non poteſt accuſare intrantem vel damnum dantem in ipſa re, virtute ſtatuti diſponentis contra damnum dantes vel intrantes in re aliena, per text. in l. ſi fur. aliàs incipit, Iulianus. ff. de vſufruct. & ibi Barto.

### DECISIO XCVII.

*Prædium alienum.*

COmedens de fructibus in alieno prædio, non poterit accuſari per dominum prædij, vel camparium vigore ſtatuti, diſponentis contra damnum dantes in alienis prædijs, per caſum not. in l. qui occidit. §. ſi quis alienum. ff. ad l. Aquil. & ibi hoc tenet do. Flori.

### DECISIO XCVIII.

*Litis cõteſtatio.*

REus præſens præciſè compelli non poteſt ad litem conteſtandã: ſed ſi nolit litem conteſtari, fiet miſsio in poſſeſsionem bonorum eius, ſecundum gloſſ. cum Bart. in authen. qui ſemel. C. quomodo & quando iu. licet Iac. de Rauen. vt refert & videtur ſequi Cyn. in l. 1. C. de litis conteſta. inclinare videatur in contrariam ſententiam: ex ſtylo tamen curiarum ſpiritualium compellitur cenſuris.

*Adde Matt. de Affli. deciſ. 283.*

### DECISIO XCIX.

*Fideiuſſor.*

FIdeiuſſor de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo, acceptus in cauſa principali, non tenetur in cauſa appellationis, niſi aliud ſit actum, per caſum ſingularem, ſecundum Bar. in l. cum ap. ff. iudi. ſol. & l. 2. cum gl. ordinaria. C. de procura. & §. ſi verò aliquis. in fin. Inſtit. de ſatiſda. Quicquid contrà ſenſerint Guil. de Cu. & Marſill. in d. l. cùm apud. Idem in fideiuſſore de rato, ſecundum Dyn. ibi, per iura præalle. Pręmiſſa limitari poſſunt, ſecundum Barto. vbi ſuprà, niſi victus appellaſſet, & appellationem deſeruiſſet non proſequendo: quia tunc teneretur etiã in cauſa appellationis, qa agitur tunc ex prima ſententia, non ex ſecunda. l. fin. C. de tempo. appel.

# DECISIONVM CENTVRIA SECVNDA.

### DECISIO C.

*Procurator.*

SI pupillus cum autoritate tutoris conſtituit procuratorem, ſecundum formam l. neque. C. de proc. ſolus tutor illum poterit reuocare, ſecundum Dyn. in l. ſi quis mancipium. §. ſi pupillus. ff. de inſtito. per l. ſi epiſtolam. ff. de acquiren. hæred. facit quod vult Innoc. in c. ad hæc. extrà, de teſti. de procuratore conſtituto à monaſterio cum conſenſu Abbatis, vt Abbas ſolus illum poſsit reuocare. Ita etiã tenet Bartol. in l. actor. ff. rem rat. hab. quia ſolus tutor habet exercitium actionum.

### DECISIO CI.

*Fiſcus.*

QVidquid acqrit officialis fiſci, pręſumitur in dubio acquirere de patrimonio & prouentibus fiſci: niſi aliunde ſe doceat acquiſiuiſſe, ſecundum gloſſam mirabilem in l. facultas. C. de iu-

de iure fiſci. quod videtur ſanè intelligendum de eo officiali, qui habet adminiſtrationem rerum & prouentuum fiſcalium, non de ijs, qui tantùm iuſtitiæ præſunt.

## DECISIO CII.

*Fuga.* FVga officialis facit eum pro confeſſo haberi, caſus reputatur ſingularis cum Bartol. in l. conſiliarios. C. de aſſeſſo.

## DECISIO CIII.

*Negatio.* PEr negationem non fit res dubia, quando ipſa negatio eſt euidenter calumnioſa, ſecundum Ange. in l. 1. ff. de tranſact. facit l. 1. §. ſi ea. ff. de ven. in poſ. mitten.

## DECISIO CIIII.

*Cõfeſſio.* COnfeſsio facta coram iudice incompetente, licet non valeat vt iudicialis, valebit tamen vt extraiudicialis ad duos effectus. Primus, quia ex ea poterit poni ad torturam, ſicut ſi extraiudicialiter eſſet confeſſus. arg. notatorum in l. capite quinto. ff. de adul. in c. quàm graue, extrà, de exceſ. præla. Secundus, quia poterit cogi perſeuerare in tali confeſsione coram iudice competente, niſi doceat de errore, & de cauſa variandi, ſecũdum Gui. de Cu. d. Car. & communiter Doct. in l. magiſtratib. ff. de iuriſdictio. omni. iud. Innoc. in c. per inquiſitionem. extrà, de elect. licet dominus Cardina. in c. at ſi clerici. extrà de iudic. tenuerit talem confeſsionem penitùs non valere. Quæ ſecunda opinio poſſet procedere in cõfeſsione clerici coram iudice laico, per illum text. ſecundum Imol. ibi. Et etiam in confeſsione laici tracti inuitè ad iudicium: ſecus in confeſsione laici voluntariè litigantis, ſecũdum Panorm. ibidem.

## DECISIO CV.

*Inquiſitor fidei.* IVdex laicus abſque nouo proceſſu tenetur exequi ſententiam inquiſitoris fauore fidei. c. vt inquiſitionis. de hæreti. libro 6. tenet Angel. in l. magiſtratibus. ff. de iuriſdict. omnium iudic. Guil. & Bart. ibi contrà, per §. ſi verò. in auth. de ſanctiſs. Epiſcop. colla. 9. Sed prima opinio communior videtur, per d. c. vt inquiſitionis. In alijs autem criminibus, in quibus pœna pecuniaria infligitur, vel alia leuis, idem eſt, vt alius iudex exequatur ſine nouo proceſſu, per text. cum gloſſ. in c. poſtulaſti. extrà, de foro competen. & per nota. per Ioan. Andr. in c. 1. de mu. pet. in nouella, & in c. 1. de offic. ordina. Quod intelligendum puto, quando ſententia eſſet iuſta, aliàs nõ teneretur exequi, ſecundum Innocen. in c. cùm in iure. extrà, de offic. deleg. Si autem infligitur pœna corporalis, vel alia magna, tunc poterit formari nouus proceſſus. Et hoc caſu poſſet procedere opinio Guil. & Bart. quod ſequitur D. Ca. in d. l. magiſtratib.

## DECISIO CVI.

SI ordinarius procedat vt delegatus, vel ecõtrà per errorem, & partes pariter errent, credendo eum delegatum, cùm ſit ordinarius, vel econtrà, proceſſus eſt nullus, ſecundum Ang. in l. ſi per errorem. ff. de iuriſdict. omnium iudic. quod videtur ſequi Bal. in l. falſus. C. de fur. in l. eum qui. ff. eo. Mouetur Angel. per l. ſi ſeruum. §. ſi quis iudex. ff. de arbi. Si autem ipſe iudex tantùm erraret, quia procedit vt delegatus, cùm ſit ordinarius, tunc valet proceſſus. & hoc caſu loquitur Innoc. in c. cùm ex officij. extrà, de præſcript. & Bald. in l. 1. C. de fur. quod ſequuntur Felin. in d. c. cùm ex officij. in 13. colum. & do. Cato in d. l. eum qui. *Error.*

## DECISIO CVII.

QVicunque Princeps vel ciuitas nõ recognoſcens ſuperiorem de iure, poteſt cognoſcere & iudicare de ſua cauſa, per l. & hoc Tyberius. ff. de hære. inſtit. vult Bart. in l. eſt receptum. ff. de iuriſdict. omn. iud. De honeſtate tamen debebat cauſam alicui delegare, vel in arbitros compromittere, aut ſe ſubmittere aliquibus ſubditis, ſecundum Innocentium in c. ex parte in Chriſto. extrà, de verb. ſig. vt fecit Imperator Fridericus, qui in cauſa contra Longobardos ſe ſubmiſit arbitris, & inde facta eſt pax Conſtantiæ. *Cognoſcere de ſua cauſa.*

DECI-

## DECISIO CVIII.

*Pactum nudum. Adde Matth. deci 120.*

VBi ex inobſeruantia pacti nudi pars damnificatur, ex pacto nudo agi poteſt, allegant Doct. text. not. in l. & eleganter. §. ſeruus pactionis. ff. de dolo. & in l. ſi cùm mihi ſaxum. eod. titul. tenent Iacob. de Aret. & Cyn. in l. ſi quis ex conſenſu. in 3. q. C. de Epiſco. au. Per quod poterit limitari, quod voluerunt Bart. & Ang. in l. ſi conuenerit. ff. de iuriſdict. omn. iud. dicentes, quòd ſi pacto nudo conuentum eſt de adeundo alium iudicem, quàm ſuum, ſi prorogantem pœniteat, non poterit pars agere ad intereſſe, vel pœnam, vt tunc non procedat tale dictum eorum, quando pars ex tali inobſeruantia & pœnitentia lęderetur, vt quia iam conduxiſſet aduocatos, vel aliter prouidiſſet coram illo iudice.

## DECISIO CIX.

*Côueniri in omni loco.*

VAlet conuentio, quòd debitor poſſit conueniri in omni loco alicuius patriæ, vbi fuerit inuentus, & ſoluere quod promiſit, ſecundum Alberic. & Barto. in l. ſi conuenerit. ff. de iuriſdict. omni. iud. per l. Lucius. ff. depoſi. & l. hæres abſens. in fin. ff. de iudi. ſequitur Panorm. in c. 1. extrà, eo.

## DECISIO CX.

*Prorogationis reuocatio.*

RVſticus, mulier & miles poſſunt tacitam iudicis prorogationem factam litigando coram eo reuocare, etiã vſque ad ſententiam, ſecundum Specu. in tit. de compe. iudi. ad. §. 1. verſicu. ſed nunquid. Ange. in l. fin. C. de excep. faciunt no. in l. 1. C. de iur. & fac. igno. Et quilibet alius etiam poſt lit. conteſt. ſi ſuperuenerit iuſta cauſa reuocandi, ſecundum Butr. & Imol. in c. 1. extrà, de iudi. faciunt nota. in l. apertiſsimi. C. eo. ſequitur D. Cato. in d. l. ſi conuenerit.

## DECISIO CXI.

*Recuſatio iudicis.*

OMnis etiam minima ſuſpicio eſt iuſta cauſa recuſationis iudicis: nõ ſic in teſte. gloſ. ordinaria in c. R. Canonicus. extrà, de offic. delega.

## DECISIO CXII.

*Clericus procurator.*

CLericus non poteſt eſſe procurator laici coram iudice laico, quando eſt generaliter conſtitutus: ſecùs ſi ſpecialiter ad aliquam cauſam. not. Innoc. ſingulariter in c. 1. ad fin. extrà, de obliga. ad ratio. quod communiter ſequuntur Canon. in c. per venerabilem. extrà, qui fil. ſint legitimi.

## DECISIO CXIII.

*Error.*

ERror in ſubſtantia, exercitio, vel vſu iuriſdictionis vitiat proceſſum. l. ſi per errorem. ff. de iuriſdict. om. iudi. gloſſ. ordinaria in l. 1. ff. de iudic. Innoc. in 4. colum. Hoſtien. & Ioan. Andr. in c. prudentiam. extrà, de offic. delega. Et ideò ſecundum præfa. Doct. ſi ſint duo iudices delegati, qui habent exercitium iuriſdict. ſimul, non quilibet in ſolidum, niſi aliter in cõmiſsione ſit expreſſum. d. cap. prudentiam. & ff. de re iudi. l. duo ex tribus. & per errorem partes litigent coram altero ex eis, non valet proceſſus: quia erratum eſt in exercitio iuriſdictionis, licet Ange. in d. l. ſi per errorem. tenuerit contrarium. Idem ſi plures ex forma ſtatuti vel conſuetudinis legitimæ ſint deputati conſules ſeu iudices in cauſis mercatorum vel appellationum, ſecundum Bald. quem ſequitur D. Ambro. in l. 1. ff. de offic. procon. Poterit tamen ſecundum eum maior pars eorum vno non vocato pronunciare. In dubio autem quando litigatur coram iudice incompetenti, præſumitur error. l. verius. ff. de proba. ſecundum Spec. in titul. de compe. iudi. ad. §. 1. verſicu. ſed nunquid, niſi litiganti eſſet nota iuriſdictio ex vicinitate vel fama in eo loco, ex quibus præſumitur ſcientia, vt per gloſſ. in l. ſi tutor petitus. C. de pericu. tu. Bart. in l. ſi cui. in §. iiſdem. ff. de accu. gloſſ. in c. 1. extrà, de poſtu. præla. facit c. fin. extrà, qui ma. accu. poſ.

## DECISIO CXIIII.

*Submiſſio minori*

MAior poteſt ſe ſubmittere minori vel æquali in iuriſdictione contentioſa: ſecùs in voluntaria, quam per ſe poteſt exercere, vt eſt in Comite legitimare filios ſuos, vel in conſule emancipare filios ſuos apud ſeipſum, vel donationem inſinuare, quam ipſe facit, ſecundum gloſ. quæ reputatur ſingularis,

quam

quam ſequuntur Guil. Ange. Alber. Bal. & communiter Doct. in l. eſt receptum. ff. de iuriſdict. omni. iudi. licet Ray. & Dyn. ibi tenuerint contrarium, per l. etiam. in §. fin. de manu. vin. & quaſi facilius fiat prorogatio in iuriſdictione voluntaria, quàm in contentioſa. arg. l. 1. & 2. ff. de offic. proconſulis & le. Et tenendo primam opinionem poteſt eſſe ratio differentiæ: quia in contentioſa ſubmiſsio minoris vel æqualis eſt neceſſaria de honeſtate, puta, quando litigatur cum ſubdito: ſecùs in voluntaria.

## DECISIO CXV.

*Reconuentio.* IN iuriſdictione prorogata habet locum reconuentio, ſecundum gloſſ. fi. & notabilem in ſuo 2. intellectu in d. l. eſt receptum. & ibi Angel. & dominus Cato faciunt not. in l. cùm Papinianus. & in authen. & conſequenter. C. de ſen. & interlo. omn. iudi. per Cano. in cap. 1. extrà, de mutu. petit.

## DECISIO CXVI.

*Delictũ.* SI vnus ex dominis vel conſortibus caſtri vel villæ delinquat, ibi alius cõdominus vel conſors poteſt eum punire quaſi delinquendo ibi, ſi tacitè ſubmiſerit conſorti, ſecũdum Guil. & Ang. in l. eſt. ff. de iuriſdict. omnium iud. Sali. & dom. Ambro. ibi, per c. in Archiepiſcopatu. extrà, de rapto. c. fin. extrà, de foro competen. & eſt communis opinio, ſecundum eos. Quicquid ipſe Guil. viſus ſit tenere contrarium in l. final. ff. de rer. diuiſi. vt refert & ſequitur dom. Cato. in dicta l. eſt. dicens, tunc adeundum eſſe ſuperiorem.

## DECISIO CXVII.

*Mulieres.* COnſuetudinem mulieres inducere non poſſunt, ſicut nec l. condere, etiam Auguſta, ſecundum gloſſ. in l. ſi Auguſtæ. ff. de legat. 2. not Barto. in l. lex. eſt commune ff. de leg. Fallit in mulieribus illuſtribus habentibus feuda ſeu dominia tranſitoria ad fœminas c. primo. de ſucceſ. feu. & ibi Bald. & domin. Cato in dicta l. lex. poſſunt tamen mulieres ſtatuere & inducere conſuetudinem in materia ad mulieres pertinenti, vt in obſtetricibus, & ſimilibus, ſecundum Docto. in l. de quibus. ff. de leg. do. Cato. vbi ſuprà, facit l. 1. §. 1. ff. de var. & extraordi. cog.

## DECISIO CXVIII.

*Teſtes examinati.* TEſtes examinati, ſed non publicati in cauſa principali, faciunt fidem in cauſa appellationis inter eaſdem perſonas, ſecundum Paulum de Caſtr. in l. 2. C. de eden. Bal. vt ipſe refert in l. prolatam. C. de ſenten. & in titul. de pace Conſtan. in verſic. de cauſis. Imol. in d. l. 2. & Panormit. in c. cauſam quæ, el primo. extrà, de teſti.

## DECISIO CXIX.

*Libellus.* LIbellus in quo petitur plures reos debendi inſolidum condemnari, procedit, licet libellans nõ dixerit, quòd vnica ſolutione vult eſſe contentus. Salicet. in authent. hoc ita. C. de duobus reis. per gloſſ. not. & ſingularem in l. 1. C. de fideiuſſo. tuto. in verb. agi. ſecùs ſi etiam petat cogi. quo caſu procedat dictum Bartol. in l. quarta. §. primo. ff. de duob. reis.

## DECISIO CXX.

*Iuriſdictio.* COnſuetudo iuriſdictionem priuato tribuere poteſt, c. cùm contingat. extrà, de foro compet. & ibi gloſſ. & glo. in l. 1. C. de emanci. libe. in l. & quia. ff. de iuriſdict. omn. iudi. in c. cùm dilectus. extrà, de fide inſtrum. Bald. & Ang. in l. imò magnæ. ff. de legi.

## DECISIO CXXI.

*Clauſula motu proprio.* CLauſula, motu proprio, ſuos operatur effectus, licet in reſcripto fiat mentio de ſupplicatione partis, ſecundum Bal. in c. niſi. extrà, de offic. lega. dominus Conſtan. in tracta. de legis potentia. in 3. parte principali. in 10. col. & eſt de mente Gemi. in c. ſi motu proprio, de præben. in 6. Quia motus proprius poteſt ſupplicationem præuenire, & Princeps moueri reiectis ſupplicatis, ſecundum eum.

## DECISIO CXXII.

*Bellum.* BEllum nõ debet inchoari, niſi præcedat diffidatio partis, ſecundum

Bald.

Bald. in l. ſi manumiſſori. C. de obſequ. patro. præſtan. per illum text. iuncta gl. eundem Bald. in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure. Ioan. Andr. in c. pro humani. de homi. lib. 6. Hoſtienſ. in ſum. in titul. de treuga & pace. in verſic. quid ſit bellum. Et habens ſuperiorem, non poteſt ſine eius licentia, niſi requiſitus iuſtitiam miniſtrare, deneget bellum indicere. 23. q. 1. c. Dominus noſter. cum ſeq. facit l. ſi alius. in §. belliſsimè. ff. quod vi aut clàm. Iuſtam autem cauſam belli inducit paſſagium denegatum. 24. q. 2. c. vltimo. Et quando iuſtitia denegatur de exceſsibus & damnis datis, dicto c. dominus. Bella verò prius nouit imperiũ Romanum, quàm leges. ff. de capti. l. poſtliminium. in §. filius. & ibi gloſſ. capta in bello iuſto fiunt capientis. l. naturaliter. § fin. ff. de acquir. rer. do. Inſti. de rer. diuiſi. §. item ea. 23. q. 5. cap. dicat aliquis. & ibi gloſſ. Sunt tamen talia capta præſentanda duci exercitus, vt ea inter milites diſtribuat, ſecundum gloſ. in d. cap. dicat. Et diffidatus non tenetur dare reſponſum, ſed ſtatim poteſt ad bellum prorumpere cõtra diffidantem, ſecundum Alber. refert & ſequitur Do. Cato in d. l. ex hoc iure. per l. quos hoſtes. ff. de verborum ſignif. & l. hoſtes. ff. de capti.

### DECISIO CXXIII.

*Decretũ & conſenſus.*

DEcretum iudicis vel ſuperioris, aut affinium conſenſus debet interponi in actu ſeu contractu, quando fit, aliàs ſi ex interuallo non valet: eſt de mente Bart. in l. magis puto. §. idem. per illum text. ff. de reb. eo. facit text. in l. ſi cùm dotem. §. eo autem. ff. ſolu. mat. & gloſſ. in l. cùm non ſolùm. in §. neceſsitate. C. de bo. quæ libe. & ſecundum Innoc. in cap. dudum. de rebus eccleſ. non alie. Bal. in l. 1. in fi. C. qui admitti.

### DECISIO CXXIIII.

*Curator ad lites.*

PVpillo non habenti tutorem poteſt ad litem curator decerni. l. curator. & ibi gloſſ. ff. de tuto. & cur. da. ab his. ſumpto argu. à contrario ſenſu.

### DECISIO CXXV.

*Priuilegium.*

PRiuilegium à Principe conceſſum habita pecunia, tranſit in vim contractus, vt non poſsit reuocari, ſecundũ Bald. in l. qui ſe patris. C. vnde vi. Barto. in l. quod ſemel. ff. de decre. ab ordi. fa. Panor. in c. nouit. 9. colum. extrà, de iudi. quod à fortiori procederet in alijs conceſsionibus, quæ non ſaperent priuilegium.

### DECISIO CXXVI.

*Ratihabitio.*

RAtihabitio etiam in delictis mandato comparatur. l. 3. §. ſi procura. & ibi Ang. ff. quod quiſque iuris. l. 1. §. ſi eum. ff. de vi & vi ar. c. penult. de ſent. excom. in 6. Et ratihabitio debet fieri intra tempus actus gerendi, aliàs non validat actum. l. penult. & ibi Bartol. ff. rem ratam habe. Operatur etiam ratihabitio, quandoque mandatum ad ſequentem actum. l. ſi quis mihi bona. §. ſed quid ſi mandauerit. verſic. vt quid ſi petitam. ff. de acquir. hære. & ibi Bart.

### DECISIO CXXVII.

*Compromiſſum.*

*Probabilius eſt, quòd vltra duas vices nõ teneãtur, per rationes Matt. de Affli. deciſ. 46.*

COmpromiſſo facto in amicos ex forma ſtatuti inter affines vel in aliquo caſu diſponentis compromitti debere, ſi electi non concordauerint, iterum & pluries compromittendum eſt, quia non videtur ſatisfactum menti ſtatuentium, donec ſequutum ſit concordium, ſecundum Bald. in l. fideicõmiſſa. §. ſi quis alicui x. ff. de legat. 3. in l. prætor. §. hæc vox. ff. de eden. Roma. in l. prætor. §. hæc autem. ff. de operis noui nunciа.

### DECISIO CXXVIII.

*Inſtantiæ lapſus.*

PEtenti ius dici intra debita tempora, non poteſt imputari de lapſu inſtantiæ, ſecundum Imol. & Barto. in l. Titia. in §. vſuras. ff. de lega. 2. Barto. in l. mora. ff. de vſuris. Licet Bald. in dicto §. vſuras. & in authen. idem ſi appellatione. C. de tempo. app. teneat debere pluries peti ad modum Apoſtolorum, quando eſt appellatum. opin. Bald. ad maiorem cautelam procedere poteſt.

### DECISIO CXXIX.

*Lis pendula.*

LIs pendere dicitur per ſolam citationem, vt poſt attentata reducantur ad priſtinum ſtatum. Clem. 2. vt lite

C pend.

pend.& ſecundum Hoſtien.& Panor.in c.fin.extrà,eo.

DECISIO CXXX.

*Pignorũ captio.* QVando cauſa eſt commiſſa,cognoſcenda & decidenda ſine ſtrepitu & figura iudicij,vel vbi ita cauetur iure vel ſtatuto, poteſt iudex venire ad pignorum captionem abſque aliqua ſententia, notat ſingulariter, ſecundum Doct. Bart.in extrauag. ad reprimendã, in verb.figura.

DECISIO CXXXI.

*Expenſarũ taxatio.* IVdex delegatus non poteſt ſibi reſeruare taxationem expenſarum, nec ſuam ſententiam interpretari, ſecundũ Bart.& communiter Docto.in l.ab executore.ff.de app.per text.ibi, & gloſſ.in verb.præſes. Niſi ſecundum eos eſſet talis delegatus, qui poſſet ſuam exequi ſententiam, iuxta not. per gloſſ. in l. à diuo Pio.in princ.& §.1.& ibi Bart.ff.de re iud.

DECISIO CXXXII.

*Sentẽtiæ interpretatio.* SVcceſſor in officio poteſt interpretari ſententiam ſui prædeceſſoris ex coniecturis, & alijs, quæ poteſt percipere ex actitatis coram prædeceſſore, ſecundum Bart. Angel. Imol.& communiter Docto.in l.ab executore.ff. de appel. ſecùs ſi vellet interpretari ſuo ſenſu mero,ſecundum Imo. ibi,ita ſaluantem contrariam opin. Bald. in l. 2.C. de ſenten.ex peri.reci.

DECISIO CXXXIII.

*Grauamen.* IN appellatione à diffinitiua etiam cognoſcitur & diffinitur de grauamine illato per interlocutoriam, à qua non eſt appellatum,not.Inno.in c.quod ad conſultationem. extrà,de re iudic. & Salic.in l.generaliter.in 2.colu.C.de re. cred.

DECISIO CXXXIIII.

*Appellare.* ETiam quando ſententia tranſiuit in rem iudicatam, poteſt tertius pro ſuo intereſſe intra decem dies à tempore ſcientiæ appellare, ſecundum Bar. Ange.& communiter Doct. in l.ab executore.in §. alio. ff. de appel. per illum text.Butri. Panor.ac Felin.in c. cùm ſuper.extrà,de re iudi. Bart. in l. à ſententia. in princ. & in §. ſi hæres.ff. de app.

DECISIO CXXXV.

*Renũciatio appellationis.* PRocurator non poteſt expreſsè renunciare appellationi à ſe interpoſitæ, licet ſit dominus litis, ſed tacitè ſic non proſequendo appellationem, ſecundum Ange.& Imol.in l.ab executore.in §.ſi procurator. ff. de appell. & ibi dominus Nicellus. Idem Ange. in l. bonorum. ff. rem rat.habe. quicquid contradixerit Ray. ſecundum Angel. vbi ſuprà.

DECISIO CXXXVI.

*Executio iudicati.* EXecutio iudicati contra principalem fieri poteſt in fideiuſſorem de iudicatum ſoluendo, abſque nouo proceſſu, ſecundum gloſſ. in verb. ſoluere. in l.vlt.C.de vſu rei iudi. benè facit tex. in l.1.ff.iudi.ſol.& in d.l.vlt. dum vtitur verbo, ſtatim,& vtrobique tenet Barto. Iacob.de Are.in l.ſi quis pro eo.§. nummos.ff.de fideiuſſo. Guil. de Cu. in l. 2. in fin.& ſequen.ff. qui ſatiſd.cogan. Secus in fideiuſſore contractus, & extra iudicium, ſecundum Bartol. vbi ſuprà. & Spec. in titul.de execu. ſenten. §. ſequitur.verſic. ſed nunquid ſententia. Ioan. Andr.in c.1.de iniur.in 6.& Guil.vbi ſuprà, primum dictum limitatur, quando ſtipulatio iudicatum ſolui eſt in iudicio interpoſita, aliàs ſecùs, ſecundum Bart. in d.l.1.argumẽto.l.2.C. de execu. rei iudi.& l. minor 25. ann. cui fideicommiſſum.ff.de mino.quaſi tùnc non ſit liquidum iudici. Fideiuſſor verò, qui iudicatum ſoluit, prout promiſerat in iudicio, habebit executionem paratam, & ſine libello contra principalem, ſecundum Bart.in locis prælleg.

DECISIO CXXXVII.

*Prodigus.* COgnati & affines prodigi, cui poterat interdici bonis, poſſunt aduerſus eius contractum reſtitutionem petere, etiam eo contradicente. l. patri. §.1.ff. de mino.

DECISIO CXXXVIII.

*Feudum.* VAſallus ceſſans in ſolutione eius, quod debet domino ſingulis annis

pro

pro ipſo feudo, per biennium in Eccleſia, triennium in laico non cadit à feudo, ſi res, quæ ſolui debet, ſit modica, ſecundum Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. verſ. 85. quia hoc nō reperitur iure cautum. Gemin. in c. ad Apoſtolicæ. de re iudi. in 6. Do. Cā. in l. de quib. ff. de legi. Secùs ſi ſit magni valoris: quia tunc non eſt propriè feudum, ſed contractus innominatus, vt not. Bald. in l. liberti libertæque. C. de oper. liber. in 11. colu. quo caſu procedat opin. Innoc. in d. c. ad Apoſtolicæ. tenentis, quòd cadat. & Ioan. Andr. ibi in gloſſ. in verbo, reprehendi. ac Bald. in c. quæ in Eccleſiarum. extrà, de conſti.

## DECISIO CXXXIX.

*Iuramentum iudiciale.*

QVòd iuramentum iudiciale poſsit retractari per inſtrumenta nouiter reperta, ſicut neceſſarium, fuit opinio noua domini Chriſtophori de Caſtillio, & domin. Franc. de Cur. in l. admonendi. in 32. chart. ſuæ rep. ff. de iureiurand. pro qua eſt gloſſ. Io. Andr. Imol. & Gemi. in c. 2. de temp. or. in 6. quamuis Docto. antiqui vt plurimùm tenuerint contrarium.

## DECISIO CXL.

*Satisfactio.*

VBi quis non poteſt per viam iuris rem ſuam vel ſibi debitam conſequi, tunc ſibi licet quomodolibet ſatiſfacere, dummodo ſine ſcandalo, ſecundum Innoc. in c. cùm olim. in 2. colum. extrà, de reſti. ſpoli. in c. quia plerique. extrà, de immu. eccleſ. Bald. in l. 1. C. de teſtamen.

## DECISIO CXLI.

*Primogenitus.*

IN regnis & principatibus omni iure procedit, & laudabilis eſt conſuetudo ſeu conſtitutio Gallicana, quòd primogenitus ſuccedit in totum, & cæteri illi ſubſint, probatur hoc l. diuina. Geneſis 25. cap. Iure gentium apud Xenophontem in vita Cyri, Regis Perſarum, qui intelligens regnum eſſe indiuiduū, iuſsit, vt primogenitus Rex eſſet, & ſecundogenitus ei ſubeſſet, cui certa particularia aſsignauit. Idem ſentit Philoſophus 4. Metaphyſicæ, qui dixit, omnem pluralitatem Principatuū eſſe malam, & ſubijcit. Princeps ergo vnus. Lege Euangelica Deus vnus eſt. Vna fides, & erit vnum ouile, & vnus paſtor, vt in Euangelio Ioan. 5. c. autoritate Canonum, quibus monſtroſum videtur, vt vna prouincia habeat duos Archiepiſcopos, & vna diœceſis duos Epiſcopos. Ideò iubetur, quòd quæq; diœceſis habeat vnum ſolum. capi. & eccleſia Romana vnum paſtorem. cap. quoniam in pleriſque. extrà, de offi. ordi. facit c. imperialem. in §. præterea ducatus. de prohib. alie. feu. per Federi. c. quàm periculoſum. 7. q. 1. & ſequen. & c. licet. in fin. & ibi gloſſ. Ioan. Andr. & communiter Cano. extrà, de voto. Dummodò primo genitus alijs fratribus prouideat honeſtè, ſecundum qualitatem perſonarum & patrimonij de victu.

## DECISIO CXLII.

*Peritus in arte.*

QVando peritus in arte deponit de pertinentibus ad ipſam artem, debet cum iuramento deponere, per l. nemini. §. iuriſperitos. C. de aduo. di. iudi. & gloſſ. in l. comparationes. in verb. deponentibus. C. de fid. inſtru. reprobata glo. in l. 1. in prin. ff. de ven. inſpi.

## DECISIO CXLIII.

*Reſiſtere iudici.*

OFficiali facienti de facto ſpretis habenis iuris & æquitatis, licet de facto impunè reſiſtere, per caſum cum Bart. in l. prohibitum. C. de iure fiſc. in l. deuotum. C. de meta. Quòd tempora ſecundum Cyn. in l. ab executione. C. quorum ap. & Panormitan. in capitu. ſi quando. extrà, de offic. deleg. quando opprimit extra iudicium vel in iudicio, ſed grauamen non eſt per appellationē reparabile

## DECISIO CXLIIII.

*Tumultus populi.*

SI immineat tumultus populi, poſſunt culpabiles puniri etiam vltimo ſupplicio, ſi mereantur talem pœnam abſque vllo ordinato proceſſu, ſecundū Bald. ſingulariter in c. Canonum. in 2. colum. extrà, de conſti. do. Cato in l. 1. ff. de offic. eius.

## DECISIO CXLV.

*Petitio dubia.*

VBi dubitatur, an petitio ſit apta vel inepta, in dubio debet admitti, ſecundum

cundum Bald. in l. fin. in 4. colu. C. de edict. diui Adria. tol. Innoc. & Cano. in c. examinata. extrà, de iudi.

## DECISIO CXLVI.

*Miſerabiles oppreſſi.*

MIſerabiles perſonæ oppreſſæ ſiue à iudice temporali, ſiue à priuato potentiore, poſſunt ſtatim per viam denũciationis recurrere ad iudicẽ eccleſiaſticũ, non adito ſuperiore opprimentis, ſecundum Innoc. & Panorm. in c. ſignificantibus. extrà, de offic. delega. Ioan. Andr. eundem Panor. & communiter Cano. in c. nouit. in 24. colum. extrà, de iudi. Bar. in extrauag. ad reprimendam, in verb. per denunciationem. Specul. in titul. de denuncia. in verſic. priuata verò, ibi idem dici poteſt de omnibus pauperibus oppreſsis, videtur caſus in c. ſi quis de potentioribus. 24. q. 3. dummodò ſecundum Innoc. vbi ſuprà, non agatur de caſtris aut magnis hæreditatibus. Et idem in alijs perſonis, quando in foro temporali non eſt proditum remedium, & tamen conſcientia eſt læſa, vel quando de rigore iuris non datur actio, ſecundum Inn. & Doct. in d. c. nouit.

## DECISIO CXLVII.

*Præſcriptio.*

EXcluſus præſcriptione lõgi aut longiſsimi temporis à ſuarum rerum vendicatione, non habet remedium denunciationis eccleſiaſticæ, quia qui rem præſcripſit, poteſt retinere cum bona conſcientia, licet poſt finitam præſcriptionem ſciuerit de illegitimo tit. ſecundum Innoc. in c. cura. extrà, de iure patro. in ſua gloſ. penult. in c. quia pleriq;. extrà, de immu. eccle. & ibi Panor. quod etiam ſentire videtur gloſſ. in c. vigilanti. & fi. extrà, de præſcript. ſecùs in actionibus perſonalibus, in quibus procedere poteſt opinio Bart. in conſtitutione ad reprimendam, in verbo, per denunciationem, qui tenuit in dicto caſu eſſe locum denunciationi. & Bal. in c. ſi quis per triginta. ſi de feud. fuerit contro. ibi, ſed quæro, nunquid ſtatutum.

## DECISIO CXLVIII.

*Actio perſonalis.*

ACtiones perſonales de iure Cano. & in conſcientia non præſcribuntur ſpacio triginta vel quadraginta annorum, cum mala fide debitoris de ſoluendo interpellati ab homine vel à die, quando erant eiuſdem fori debitor & creditor, & maximè ſi iuramentum interuenit, ſecundum gloſſ. Bald. & Imol. in c. fin. extrà, de præſcrip. Ioan. Andr. in c. 2. eod. titul. in 6. Card. in c. vigilanti. extrà, eo. Panor. in c. cura. circa fin. extrà, de iure patro. Bald. in cap. ſi quis per triginta. ſi de feu. fue. contro. in authen. ad hæc. C. de vſuris. Imol. & dom. Conſtant. in l. quibus. §. dominus. ff. de condi. & demonſtr. Angel. & Roma. in l. ſequitur. in §. ſi viam. ff. de vſucap. & videtur caſus in dict. c. fin. ibi, nulla valeat abſque bona fide præſcriptio, qui text. fundat ſe ratione peccati in retinendo alienum. quæ ratio etiam militat in eo, qui tenetur actione perſonali. Etiam lex vult neminem locupletari cum aliena iactura. l. nam hoc natura. ff. de cond. indeb. & dominus prohibuit rem alienam concupiſci, multò fortius retineri. Nec potuit lex inducẽs præſcriptionem ſtatuere contra legem Dei, per nota. per gloſſ. in c. literas. extrà, de reſtit. ſpolia. quæ opinio cùm tendat ad fauorem animæ, tutior dici poteſt, per tradita in c. veniens. extrà, de ſponſal. per gloſſ. in c. 1. & de ſcruti. & talis præſcriptio appellatur iniquum præſidium, vt dicit text. in authen. vt eccle. Roma. cen. an. gau. præſcript. colla. 2. licet contrariam opinionem tenuerit Hoſtien. in ſumma de præſcrip. §. quæ res. & Bart. in d. §. ſi viã. & idem ſenſerit Innoc. in dicto cap. cura. in gloſ. legitima.

*Adde Matt. de Affli. deciſ. 265.*

## DECISIO CXLIX.

*Denũciatio eccleſiaſtica.*

COntra tutum exceptione rei iudicatæ poteſt habere locum remedium denunciationis eccleſiaſticæ, cùm forte per cauillationes & practicas obtinuerit, vel ſcit aliter ſententiam fore iniquam. in quibus caſibus in foro conſcientiæ tenetur ſatisfacere, ſecun. Inn. & Panor. in c. qa pleriq;. extrà, de immu. ecc. But. & Panor. in c. noui. in 22. col. & ſeq. extrà, de iud. nam non poteſt iudex conſcientiã victoris iuſtificare. l. Iul. iũcta gloſſ. ff. de cond. indeb. & Bald. in l. 1. ff. eod.

ff.eo.titul.dici.quòd aduerſus tales ſententias, quæ tranſierunt in rem iudicatam, prouidetur ex capite æquitatis, ne fiant illicitæ extorſiones, per l. illicitas. ff.de offic. præſid. Vbi enim agitur de peccato, ſententia nunquam tranſit in rem iudicatam.c.lator.& ibi Hoſtien.& Panorm.extrà,de re iud.gloſſ. & Innoc. in ſua gloſſ.magna,ad fin.in c.inter monaſterium.eodem tit.Bart autem rationes & iura (qui contrariam tenuit opin. in conſtitutione ad reprimendã,in verbo, per denunciationem) poſſent procedere in ordinario & directo iudicio, non in iudicio denunciationis, & vbi agitur de peccato, quod etiam in iudicãdo tenuit dominus Conſtantius in tracta.de cau.iudi.in prima parte.q.18.

## DECISIO CL.

*Remediũ denunciationis.*

REmedium denunciationis non habet locum contra filiumfamil. tutum exceptione Macedo. ſecũdum Innoc.in c.quia plerique.extrà, de immu. eccle. Bart. in conſtitutione ad reprimendam,in verb.per denunciationem. quia talis exceptio deſcendit ex delicto ſeu dolo creditoris, ſicut in quacunque alia exceptione conceſſa in odium creditoris.l. qui exceptionem. ff. de condi. indeb.Idem in exceptione Velleia. Primum dictum temperant Innoc.Butr. & Panorm.in d.c. vt non procedat, quando creditor non fuit in culpa, mutando puta,quia ex charitate,vel ignorans eſſe filiumfamil.& aliter,vt ibi per eum.

## DECISIO CLI.

*Summa minor. Hæc decisio eſt valdè dubia, de qua tamen plenius vide Matt. de Afflict.in deciſione 240. nu. 29.&deciſ.363.*

IN dictis teſtium in maiori ſumma minor non ineſt,ſecundum Archi.3.q.9. c.nihilominus. vt refert & videtur ſequi Bald.in l.1.in 6.colum. C. de teſtam. Imo.& Doct.communiter in l.1.§. ſi ſtipulanti. ff. de verborum obligat. niſi ſit ſumma temporis,ſecũdum ipſum Imol. in l.inter pares.ff. de re iud. do. Alex. in d.§.ſi ſtipu.Gemi.in c.1.de arbi.in 6. Et niſi conſtaret teſtes de eadem numeratione deponere, ſecundum Alexan.vbi ſuprà.

## DECISIO CLII.

*Inuentarium.*

CVrator ad litem datus,non tenetur inuentarium conficere, ſecũdum gloſſ. communiter approbatam in l. de creationibus.C.de epi.audi.& ſecundũ Domi.de Rota in no.deciſ.48.Rubri. de cura.quod limitat Angel.in ſua repetitione.l.ſi vacantia.C.de bon. vacan.lib. 10.in verb.monumentorum,in 3. chart. procedere lite durante. Nam lite per ſententiam finita in fauorem domini tenetur inuentarium facere de ipſa re per ſententiam obtenta,vt ipſi Domino ſuarum rerum notitia intimetur, per d. l.ſi vacantia.Et dicit eſſe nota.quia opinio noua.

## DECISIO CLIII.

*Clericus contumax.*

CLericum citatum coram ſe non comparentem, nõ poteſt iudex ſecularis in expen. tanquam cõtumacem condemnare,ſecundum Spec.in titu.de cita.§.1.verſ.ſed pone,quòd iudex. Alb. Bald.& communiter Doct.in l.2. ff. ſi qs in ius voca. non ierit.per c. at ſi clerici. extrà,de iudic.& c.ſi diligenti. extrà,de foro competen. & ibi Ioan. And. & Panorm.licet contrarium ſentiat gloſſ. in c.conueníor.23.in l. nullum. C. de teſti.

## DECISIO CLIIII.

*Contumacia.*

COntumacia propriè non eſt delictum, ſed interpretatiuè, cùm ſit in omittendo,ſecundum Bald. & Imol. in l.ſi mora.ff.ſolut.matr. Eundem Bal. in l.1.in §.fi. ff. ſi quis ius di. non obtem. Barto.in l.omne.ff.de re milit.Et ita debet intelligi dicta l.omne. & gloſſ. in l.ſi creditor.§.primo.de ap. dum ſentiunt, quòd ſit delictũ. Et ideò ſtatuta loquentia de delictis, cùm propriè debeant intelligi, non comprehendent contumaciam.

## DECISIO CLV.

*Contumax.*

DElegatus Papæ vel Principis ad vnam, vel certas cauſas poteſt contumacem mulctare. c. de cauſis. extrà, de offi.deleg.& ibi But.& Panorm.in c. paſtoralis.circa fi. ibi, puniat, iuncta gl. ordinaria ibidem,extrà,eo.Inno.& Hoſtien.in c.1.eod.tit.Secùs in delegato in-

ferioris, ſecundum gloſſ. in l. final. C. de modo multa. Bart. in l. 1. ff. ſi quis ius di. non ob. Niſi in caſu l. 2. C. de ſportu. & vbi ipſe delegatus inferioris non poſſet aliter ſuam iuriſdictionem defendere, ſecundum Panor. in d. c. 1. & Ange. in d. l. 1. Licet Innoc. & Panor. vbi ſuprà, voluerint etiam delegatum inferioris poſſe mulctare, ſed non tantam mulctam imponere, ſicut delegatus à Papa. Delegatus autē ad vniuerſitatem cauſarum benè poteſt mulctare extra dictos duos caſus, licet ſit ab inferiore, ſecundū glo. communiter approbatam in d. l. 2. cùm ſit ad inſtar ordinarij, iuxta gloſſ. in l. fi. C. de iudi. in c. cùm cauſam. in verb. delegatus. in fin. extrà, de appel. in l. Pomponius. in §. ſi vni. ff. de re iudi.

## DECISIO CLVI.

*Communitas. Adde ſuprà deciſ. 80.*

EX contumacia ſyndicorum citatorum non poteſt vniuerſitas vel collegium aut cōmunitas mulctari, ſecundum gloſſ. cum Bart. in l. non poteſt. ff. de reg. iur. niſi data opera recuſaret dare ſeu cōgregare concilium, in quo poſſet citari, ſecundum Bart. ibi.

## DECISIO CLVII.

*Contumax.*

IVdex in ciuilibus poteſt pro contumacia capi facere perſonaliter contumacem. Bartol. in l. 1. in princip. ff. ſi quis ius di. non obtem. per l. ſacrilegij. la 2. ff. l. Iul. pecul. Ange. in l. plerique. ff. de in ius vocan. facit l. nullum. cum glo. C. de teſtib.

## DECISIO CLVIII.

*Procurator.*

SI Procurator citatus vel aſsignatus per contumaciam venire neglexerit, adhuc poterit dominus appellare, maximè ſi procurator non ſit ſoluendo, ſecundum Bart. in l. 1. §. ſi procurator. ff. ſi quis ius dic. non obtem. in l. 1. in fin. ff. quando app. ſit. Salic. in l. tertia. C. quomodo & quando iudex. circa fin. Innoc. Butr. & Panorm. in c. 1. extrà, vt lite non conteſta. in 2. colum. Niſi dominus ſciens citationem procuratoris comparere neglexerit, quo caſu procedat opinio contraria. Ang. in dicto §. ſi procurator, ſecundum Cano. vbi ſuprà.

## DECISIO CLIX.

*Prorogatio.*

PRorogatio iuriſdictionis non inducitur per comparitionem rei coram iudice incompetente, per inquiſitionem procedente. Ita notabiliter Bal. in l. 1. C. ad l. Cornel. de ſica.

## DECISIO CLX.

*Perpetuare.*

PEr litigium ineptum coram iudice competente, vel aptum coram incompetente, non perpetuantur iura litigantis, not. Ange. & Docto. in l. ſi cuius. in verſiculo, planè. ff. de app. reci. per ea, quæ habentur in l. accuſaturus. ff. ad legem Iuliam, de adul. in authen. offeratur. C. de lit. conteſt. in l. interrogatur. C. de li. cauſa. Super quo tamen diſtingue, vt per Bartol. in dicta l. accuſaturus.

## DECISIO CLXI.

*Electio.*

REgulariter reus, qui poteſt conueniri coram pluribus iudicibus, non eligit coram quo cōueniatur, ſed actor, ſecundum Iacob. Butr. & Bald. in l. cum Clericis. C. de Epiſcop. & Cleri. Guido de Suſa. & communiter Docto. in l. 5. & generaliter. ff. de eo, quod cer. lo. per illum tex. & in l. decernimus. C. de Epiſc. au. in authen. habita. C. ne fi. pro pa. per locum à ſpeciali.

## DECISIO CLXII.

*Error.*

LIcet in dubio litigans coram nō ſuo iudice præſumatur errare, ſecundū Specul. in titul. de compe. iud. ad. §. 1. verſic. ſed nunquid. hoc poteſt limitari, niſi ipſi litiganti eſſet nota iuriſdictio ipſius iudicis, per gloſſ. in l. ſi tutor petitus. C. de peri. tu. & in l. de tutela. C. de in integr. reſti. mi.

## DECISIO CLXIII.

*Articuli & poſitiones.*

QVòd dicitur poſitiones & articulos in dubio fore admittendos, cum clauſula, ſaluo iure impertinentium, &c. vt per Bart. in l. ſi duo patroni.

§. idem

§. idem Iul. ff. de iureiur. & Canon. in c. cùm contingat. extrà, de offic. deleg. Procedit, quando exceptio, quæ opponitur, vt non admittantur, eſt dubia, & exigit altiorem indaginem, ſecùs ſi eſt clara & præiudicialis ad proceſſum, qa ſuper ea ante omnia eſt pronunciandũ, ſecundum Hoſtien. & Panormi. in d. c. cùm contingat. Specul. in titul. depoſ. §. ſeptimo. verſicul. & non aliàs poterit appellari.

## DECISIO CLXIIII.

*Fiſcus.* ETſi ex partium ſtipulatione facta in compromiſſo de pœna fiſco applicanda, non acquiratur fiſco ius ad pœnam, altera partium contrauenientе l. arbiter intra, cum glo. ff. de arbit. tamen ſecùs eſt notario de conſenſu partium ita ſtipulante, ſecundum Bart. & Doct. in l. 1. in princ. ff. de iure fiſc.

## DECISIO CLXV.

*Laudũ.* SEntentia arbitri lata per pecuniam, tenet ipſo iure l. ita demùm. cum gloſſ. 1. circa fi. ff. de arbi. gloſſ. fina. in c. cùm ab om. extrà, de vita & hone. Cle. Secùs in ſententia iudic. l. venales. cum gloſſ. in verb. infirmas. C. quando prou. non eſt ne.

## DECISIO CLXVI.

*Statutũ loci.* SEntentia lata contra ſtatutum particulare, loci eſt nulla, ſecundum Bal. in l. ſecunda. C. quando prouo. non eſt ne. Bartol. in l. cum prolatis. ff. de re iudi. dummodò ſit incluſum in volumine ſtatutorum; aliàs ſecùs. idem Guido de Suſa. in ſuis quæſtionib. ſtatutorum, in 3. col. & Feli. in c. 1. extrà, de re iudi.

## DECISIO CLXVII.

*Fuga.* SI ille, qui dicitur commiſiſſe crimẽ, aufugerit, timens ne caperetur aut poneretur ad torturam, & ob id illum iudex habuerit pro confeſſo, & condemnauerit, & ex poſt captus neget, ſe tale crimen cõmiſiſſe, & de hoc offerat probationes, audiri debet, ſecundum Guido. de Suſa. Iacob. de Aret. Alber. & D. Nicellum in l. 2. ff. de requi. reis. quia cùm in criminibus regulariter probationes exigantur luce clariores. l. ſciant. C. de proba. ſola fuga non videtur ſufficiens ad condemnationem, ad quod eſt doctrina magiſtralis Bald. in l. ita demùm. C. de procurat. in 2. colum. & in repetitione l. ſecundæ. ff. de iureiur. in 11. chart. vbi mirabilia dicit in hoc paſſu. Vbi verò eſſet caſus, in quo præſumptio doli de iure ſufficeret ad condemnationem, tunc cum fuga faciat dolum præſumi. l. conſiliarios. C. de aſſeſſ. & in authen. de exhi. reis. §. is verò. colla. 5. etiã quidam iurent cum gloſſ. in verbo, factum, ſufficeret, & fuga ad condemnationem, ſecundum præfatos Doct. Sed per ſtatuta in pleriſque locis aliter diſponitur.

## DECISIO CLXVIII.

REductio ad arbitrium boni viri nõ excluditur, licet ſit ipſi reductioni renunciatum cum iuramento, quando doloſè eſt arbitratum, vel eſt læſio enormis, ſecundum Bar. in l. ſi ſocietatem. in §. arbitrorum. ff. pro ſocio. Hoſtien. Butri. & Imol. in c. quintauallis. extrà, de iureiur. Dyn. in regula ſcienti, de regul. iur. in 6. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in titu. de arbit. §. ſupereſt. verſicu. item quid ſi compromiſſum. & Albe. in dicto §. arbitrorum. Quia iuramentum habet illam tacitam conditionem, ſi æquè arbitrabitur. ff. de oper. liber. ſi libertus. & d. c. Quintauallis. *Reductio ad arbitriũ bonũ viri.*

## DECISIO CLXIX.

CItatio facta die feriata in honorem Dei ad diem non feriatam, non valet. l. fi. C. de fer. quæ reſiſtit nuncio, ibi ſileat horrida vox præconis, & eſt prohibitiua, ideò quod contrà fit, eſt nullũ, l. non dubium. C. de legib. hanc tenuerunt Franc. Accur. Iacob. Butri. Oldra. Richar. de Salic. & Bart. in l. 1. in §. nunciatio. ff. de operis noui nunc. Ang. Bal. & Salic. in dicta l. fin. Ioan. And. Io. Cal. & Panor. in c. fi. extrà, de fer. Quicquid contrà ſenſerint Cyn. & Dyn. ac domini de Rota deciſ. 370. in nouiſſ. quorum opin. ſecundum præfatos Docto. poſſet procedere in die feriata ob neceſsitates hominum, vel aliter quàm in honorem Dei. Ceſſauit enim Deus ea die ab omni opere, quod patrarat. *Citatio.*

## DECISIO CLXX.

*Exceptio. Vide Alciat. in l. trāſacta. ff. de verbo. ſignif.*

EXceptio, per quam perſona actoris vel rei excluditur à proceſſu, ſemper impedit proceſſum: quia ſubtracta vna ex perſonis, quæ formant proceſſum, proceſſus remanet informis & ſine ſubſtantialibus. Bald. in repetitione l. 2. ff. de iureiuran. in 32. colum. Et ſic exceptio inducta à lege vel ſtatuto, vt in aliquo caſu quis non audiatur, vel ei ius nõ reddatur, vel ſit extra protectionem communis, impedit proceſſum, per ea, quæ vult Inno. in c. cùm ſuper. extrà, de conceſsio. præb. Iacob. Butri. & Doct. in l. nam & poſtea. ff. de iureiuran. & Bald. vbi ſuprà.

## DECISIO CLXXI.

*Iuramentum.*

QVando actor & reus probarunt tãtùm ſemiplenè. Si iudex deferat iuramẽtum alteri eorum ſuppletiuum, tunc ſuccumbens non condemnatur in expenſis. Ita notabiliter Bal. in authen. generaliter. in 5. colum. C. de Epiſcop. & Cleric.

## DECISIO CLXXII.

*Clauſula.*

CLauſula, Ex certa ſciẽtia, in reſcripto Papæ vel Principis, habet vim clauſulæ, non obſtante aliquo iure in contrarium faciente, ſecundum Bald. in l. fin. C. ſen. reſcin. non poſ. Cano. in c. cùm inter. extrà, de excep. D. Felin. in c. nonnulli. extrà, reſcript. vbi plenè loquitur, facit l. idem Vlpianus. ff. de excu. tut. & ibi per Legiſtas. & ſequitur dom. Nicellus in l. quæſitum. ff. à quib. app. non li.

## DECISIO CLXXIII.

*Exceptio.*

SI ſtatutum dicat contra inſtrumentum poſſe tantùm opponi exceptionem ſolutionis vel falſitatis, aut aliam in eodem expreſſam, & non aliam: poterit tamen opponi exceptio concernẽs inhabilitatem producentis inſtrumentum: puta, quòd eſt minor vigintiquinque annis, vel non eſt procurator: quia talis exceptio reſpicit perſonam, nõ inſtrumentum, ſecundum Bartol. in l. 1. §. denique ff. quod vi aut clàm. Salic. in l. ita pudor. C. de adulte. Bald. in addit. ad Spec. in titul. de procura. in verſic. aliud eſt opponere. Item exceptio nullitatis inſtrumenti, ſecundum Bart. vbi ſuprà. Bal. in l. prima. C. de condi. inde. Panor. in c. ex parte. el 2. extrà, de offic. deleg. Item exceptio proueniens ex alio ſtatuto eiuſdem voluminis, ſecũdum Bar. & Salic. vbi ſuprà. Cyn. in dicta l. ita pudor. Panorm. in dicto c. ex parte, & in c. item cùm quis. extrà, de reſti. ſpolia. Albe. in prima parte ſtatutorum deciſ. 65. & in l. ob æs. iuncta gloſſ. C. de præmi. Item exceptio, quòd debitum de quo in inſtrumento non eſt liquidum, vel eſt conditionale, nec euenit conditio. Item exceptio, quæ perimit ipſo iure obligationem vel actionem, vt monitionis vel delegationis, & ſimilium, ſecundum Salic. vbi ſuprà. Bald. in 2. l. C. de execu. rei iudic. in l. ſi non ſortem. §. primo. ff. de condi. indeb.

## DECISIO CLXXIIII.

*Ceſſio.*

EI, qui habet beneficium, ne conueniatur vltrà quàm facere poteſt, ſe dimittendum tantùm de ſuo patrimonio, quòd eius fructus illum poſsit ſuſtẽtare, per caſum ſingularem, cum Bar. in l. qui bonis. ff. de ceſsio. bo.

## DECISIO CLXXV.

*Actio.*

ACtiones deſcendentes ex decretis ſeu cõſtitutionibus Epiſcopi, Ducis, Marchionis, Principis inferioris aut Comitis, prætoriæ ſunt & annales, niſi contineant rei perſecutionem ab vtraque parte, ſecundum Bart. in l. 3. in prin. ff. de verb. obli. & in l. 1. ff. de bo. poſ. Bal. in Rubr. C. quia admitti. quod ſecundũ Ang. & Dominum Nicellum in dict. l. 3. procedit, quando ſtatuunt, vt magiſtratus Principis, ſecùs ſi iure proprio, & tãquam Epiſcopi, Duces, Marchiones, in ſuo territorio, & in ſuos ſubditos, quia tunc ſunt ius ciuile, & perpetuę: quia iura vtilia, quæ habent in ſuo territorio & in ſuos, tunc præferuntur directis l. 1. ff. ſi ager vecti. c. 1. de inueſti. de re alie. fac. circa medium.

## DECISIO CLXXVI.

*Ceſſionis reuocatio.*

SI ceſsionarius non ſeruet cedenti conuenta & promiſſa, poteſt cedens reuoca-

renocare ceſsionem,& actionibus prioribus experiri,& rem ceſſam vendicare, etiamſi interceſſerit vnus de tribus caſibus,de quibus in l.3.C.de noua.ſecundum Bald.Sali.& dom. Ambro. in l.pacto ſucceſſorum. per illum textũ. C. de pact. Ad idem videtur caſus in l.1. C. de donat.quæ ſub modo,in l. quæro. §. inter locatorem.ff.locat. in c.peruenit. el 2. extrà, de iureiurand. & eſt limitatio ad dictam l.3.

## DECISIO CLXXVII.

*Compromittere.* SVper articulo iuris emergente in cauſa,ſtante cauſa coram ordinario, poteſt compromitti in arbitrum. gloſſ. reputatur ſingularis in l.penul. in verb. ſuam. C. de pact. vbi notabiliter dicit Barto.per illum text.iuncta gloſſ. Quòd ſtante ſtatuto, quòd de quæſtionibus inter affines compromittatur, erit compromittendum,etiam in articulo emergente,in cauſa principali.

## DECISIO CLXXVIII.

*Ordo iuris.* IN executione ſentẽtiæ ordo iuris traditus in cauſis non ſeruatur, ſecundũ gloſ.magnam in l.1.circa fin.C.de iudi. Innoc.in c. ex ratione. extrà, de appell. niſi in ordine inducto circa executionẽ iudicati, de quo in l. à diuo Pio. ff. de re iudic.

## DECISIO CLXXIX.

*Contumacia.* COntumacia ꝓcuratoris nocet domino,vt poſsit ſententia lata contra ipſum procuratorem citatum & cõtumacem, qui non appellauit, executioni mandari contra ipſum dominum, ſi lis ſit cum procuratore ipſo conteſtata, vel cauſa erat, in qua lis non conteſtatur,per caſum in l. tertia.iuncta gloſ. prima.cum alia gloſ.magna ibi. C.quomodo & quando iud. & ſecundum Innoc. in c. primo. extrà, vt lite non conteſta.in verſic. Item ad hunc articulum. Quia imputatur domino,qui talem eligit, niſi procurator perſonaliter apprehenſus, per colluſionem obmiſiſſet comparere,vel doloſè, & dominus appellaſſet,prout poteſt eo caſu,vt dictum eſt ſuprà in deciſione,incip.Citatus.

## DECISIO CLXXX.

VBi executio fit in rebus adiudicatis per ſententiam, non eſt neceſſaria citatio victi. l. qui reſtituere. ff. de rei vendi. & ff.ne vis fiat ei.l.ſi quis miſſum. & ſecundum Innoc.in c. ex ratione.extrà,de appella.Bald.in l.1.C. de iuris & fac. ignoran. Secùs quando in condemnatione venit genus, vel quantitas, vel res, quæ reſtitui debet, non extaret. Ita,quòd pro executione caperētur aliæ res,ſecundum ordinem. §. in venditione.in l. à diuo Pio.ff. de re iudic. ſecundum Bartol. ibi,in gloſſ. in verbo, præiudicio. Bald. in dicta l. prima. Innoc.in c.cùm ſuper,extrà de re iudi. & eo. caſu procedat opin. Cyn.in l. ab executore. C.de appel.in prima quæſt.& Roffre. in l. meminerint. C. vnde vi. volentium citationem eſſe neceſſariam. *Executio.*

## DECISIO CLXXXI.

OPpoſitione, quam mihi facit meus aduerſarius, conuentus vti poſsi. negando mei intentionem, dicitur me turbare, & conſtat de turbatione, ſecundum Butri.in cap.cùm ad ſedem. de reſtitu.ſpol.Imol. in l.ſi prius.ff.de ope. noui nunc.Ioan Fabr.in §.retinẽdæ. Inſtit.de interdict.facit,quod vult Bartol. in l.prima.in §.huius.ff.vti poſsi. Et maximè, ſi conuentus etiam ſe aſſerat poſſidere, ſecundum Imol. vbi ſuprà. Niſi in libello fuiſſet expreſſa certa ſpecies turbationis: quia tunc debet probari talem turbationem præceſsiſſe libellum, non ſecutam.l.non poteſt. ff.de iudic.c. Abbate.de re iudica.in 6. quod ſequitur dominus Conſtan.in tract. de cau. iudi. titulo de libel.cau.concipi. §.2. verſ. ſed pulchrum. *Vti poſſidetis. Vide Matt.de Afflі. deciſ. 394.*

## DECISIO CLXXXII.

LIbellus agentis coniunctorio nomine,debet concludere conuentũ cõdẽnari ſibi cõiunctorio nomine,ad dandum & ſoluendum ipſi,pro quo agit,vel alteri pro eo legitimè recipiẽti,nec ꝓcederet, ſi peteret cõdemnari ad ſibi dandum & ſoluendum coniunctorio nomine, ſecundum Bartol.in l.vero procuratori.ff. de ſolutio. & Panor. in c. querelam.in 4.col.extrà,de elect. *Coniunctorio nomine.*

DECI-

DECISIO CLXXXIII.

*Contractus ſimulatus.*

DEcretum iudicis non prodeſt contractui ſimulato, quin poſsit ſimulatio allegari & probari, ac iudicē fuiſſe conuentum, ſecundum Specul. in titul. de emptio. & vendi. in §. nunc dicendū. in verſ. hoc quoque. Bald. in Rubrica. C. qui admitt. in 2. col. Nam vbi eſt ſimulatio, non poteſt eſſe cauſæ cognitio, ergo decretum nullum. l. cùm hi. in §. ſi prætor. ff. de tranſactionibus. l. cùm verò. in §. ſubuentum. ff. de fideicommiſ. liber.

DECISIO CLXXXIIII.

*Teſtis inſtructus.*

*Adde Lāfranc. in rep. c. quoniā. §. teſtium depoſ. num. 19.*

LIcet teſtis inſtructus fuerit à producente de veritate facti, vt melius recordetur, & ipſe teſtis dicat ſe ſic inſtructum, non per hoc vitiatur eius dictum, dummodò à veritate nō recedat, ſecundum Bald. in l. fin. ff. de ferijs. qui refert idem no. Roffre. in ſuis libellis, in tit. de ſenatuſconſul. Liboni. & ſecundum Do. Cato. in d. l. fi.

DECISIO CLXXXV.

*Tēpus ad probādū.*

TEmpus datum ad probandum non currit, dum diſputatur, & cognoſcitur, an capitula probata, vel poſitiones probare debentis, admitti debeant, ſecundum Bald in l. quamdiu. per illum text. ff. de acquiren. hæredi. gloſſ. & Gemi. in c. cupientes. in §. quòd ſi. in verb. videbitur. de elect. in 6. Idem dilatione pendente ad reſpondendum poſitionibus, vel dicendum de impertinentia, ſecundum gloſſ. in verbo, poſt dationem. in Cle. ſæpè. de verb. ſignifi. Bald. & Dominus Cato in l. fin. ff. de fer. in l. prima. C. de iura. calum. Specu. in titu. de dilatio. §. 1. verſ. ſed nunquid currunt. Idem dū diſputatur ſuper legitimatione perſonæ ante lit. conteſt. nec tunc etiā perit inſtantia, licet per decem annos ſuper hoc ligaretur, ſecundum Bald. quem ſequitur Dominus Alexan. in l. properandum. C. de iudic. in princ. eundem Bal. in l. & poſt edictum. ff. de iudi. Idem vbi tempus labitur propter priuilegium, vel inducias rei. l. 2. §. pen. ff. de iudic. l. fi. §. donec. C. de iure deli. idem generaliter, vbi tempus præfixū parti ad aliquid faciendum labitur culpa, & per malitiam & dilationes fruſtratorias partis, per caſum cum Bart. in ſecunda opinione. in l. intra vtile. ff. de mino. iuncta l. petendæ. C. de tempo. in integ. reſti. pe.

DECISIO CLXXXVI.

*Petitio generalis.*

IN iudicijs vniuerſalibus, vt eſt petitio hæreditatis, actio fami. erciſc. & ſimilibus admittitur petitio vniuerſalis, & etiam ſententia: & in executione fiet liquidatio bonorum. In generalibus verò licet admittatur petitio generalis, tamen tenetur actor in proceſſu & ante ſententiam ſpecificare & probare, & in probatis tantùm obtinebit, per glo. cum Bart. in l. 1. ff. de eden. in princ. & ſecundum Innoc. in c. conquerente. extrà, de offic. ordina. Roffre. in libellis in Rubri. de vniuerſali & generali c. Panor. in c. cùm inter. in quinto notab. extrà, de re iudi. & in c. cùm ad ſedem. extrà, de reſti. ſpol. Dom. Cato & Sandilli. in d. l. 1. Bald. tamen, Ange. & dom. Alex. ibi tenent, quòd etiam in generali fiet in executione liquidatio.

DECISIO CLXXXVII.

*Teſtis productus.*

MVlier & minor poſt dicita teſtificata, poſſunt alios teſtes producere: quia dolus, qui præſumitur in ſubornando teſtes, non habet locum in talibus perſonis, ſecundum gloſſ. primam in l. vbi exigitur. ff. de edend. Guil. Ray. & do. Cat. ibi. facit quod not. Inno. in c. auditis. extrà, de in integ. reſti. & Specu. eod. titu. §. fin. quicquid contrà ſenſerit Ange. in d. l. vbi exigitur.

DECISIO CLXXXVIII.

*Comminatio iudicis.*

COmminatio iudicis de ſentētiando, abſentia citati non obſtante, habet vim citationis peremptoriæ, ſecundum gloſſ. quæ reputatur ſingularis in l. apparitor. C. de cohorta. Secùs ſi comminatur ſe ad vlteriora proceſſurum. Monitio quoque iudicis ore facta vim peremptorij. l. 2. C. quomodo & quando iudex.

DECISIO CLXXXIX.

*Libelli copia.*

COpia libelli eſt danda reo ſumptibus actoris, ſecundum glo. in verb. pronun-

pronunciatio.in Clem.ſæpè.de verb. ſignif.Gemin.in c.ſi oblatio, de litis conteſt.in 6.Inn.in c. 1. extrà, de proba. niſi aliter obſeruaret ſtylus tribunalis loci, ſecundum Barto. in l.1.in princip.ff.de eden. Quo caſu poteſt procedere opin. Bald.& Ange.ibi dicentium, quòd debet dari ſumptibus rei. Innoc. vbi ſuprà tenet, quòd etiam eſt danda copia per actorem iurium, de quibus fit mentio in libello, quaſi ſint pars libelli. Quòd videtur intelligendum ſecundum eum & Bart.vbi ſuprà. & Spec.in titu.de inſtru.edi.§.nunc dicamus. verſic. quid ſi quis in libello. quando de talibus in libello fit mẽtio relatiuè, ſeu limitatiuè, & reus ſine eis inſtructus eſſe non poteſt, ſecùs ſi aſſertiuè.

DECISIO CXC.

*Procuratoris mãdatum.*

REgulariter mandatum procuratoris poteſt etiam per teſtes probari, ſecundum gloſ.& Panor.in c.1.extrà, de procura. gloſſ. in l.maritus. C. eo. Azo in ſumma de manda.prin.Bar. Bal. Ange.& communiter Doct. in l.nõ ſolùm. §.qui alieno.ff.eo.quicquid ibi dixerint domini Doctores vltramontani, & Ful. quòd tantùm probetur per inſtrumentum.

DECISIO CXCI.

*Negatio ſimplex.*

NEgatio ſimplex non facit dubium de mandato, vt habeat locum cautio rati. Sed quando etiam tantùm ſemiplenè de mandato cõſtaret, vel ſi ipſe procurator haberet iura principalis ſui penes ſe, iuxta gloſſ.1.in l.fin.C.quando fiſcus vel priua. His enim & ſimilibus dicitur eſſe dubium de mandato per negationem, vt habet locum dicta cautio, ſecundum Doct.communiter in l. non ſolum.§. qui alieno. ff. de procur. licet Fulg.ibi attentauerit contrarium.

DECISIO CXCII.

*Præſcriptio.*

PEr ſolam citationem minus legitimè aut nulliter factam, non interrumpitur præſcriptio triginta vel quadraginta anno. per text. not. cum gloſſ. in l.ſi pater.C.ne de ſta.defun.& ſecundum gloſſ.in c. ex tuarum, in verbo, putantes. extrà, de purga. Cano. in c. cùm plures.extrà, de offic. deleg.in c. penul. in verb.legitimè.extrà, de foro compe. Panor.in c.illud.extrà, de præſcrip. Bal. in repetitione Paduana l. edita. C. de edendo.col.10.

DECISIO CXCIII.

*Recatatio.*

FAcultas rem alienatam recatandi ex ſtatuto competens proximiori agnato, non poteſt extraneo cedi, ſecundum Pet.Cyn.& Bald.in l.3.C.communi di.Albe.in 1.parte ſtatu.q.88. Domin. Conſtantium in l.ſi ſtipulatus ſum illud aut illud.ff.de verborum oblig. Et nunc tempus præfixum ad recatandum, incipit currere à tempore ſcientiæ, ſecundum Iacob. de Aret. in l. vero procuratori.& in l.aliud.ff.de ſol.Imol.in l. quæ dotis. ff. ſolu. mat. Bart. & Bald.in l.genero. ff. de his qui notan. infa. per l. cum ſex.ff. de ædil. edict. & l. quinquaginta.ff.de excuſa.tuto.

DECISIO CXCIIII.

*Interlocutoria.*

IVdex ſuam interlocutoriam poteſt tantùm bis reuocare regulariter, ſecundum glo. in verb. ſuper ea.in Cle. ſi. de ap. Bartol.in l.quod iuſsit.ff.de re iudi. Bald.& Dom.Præpoſi.in c. cum ceſſante.extrà, de appel.

DECISIO CXCV.

*Litis conteſt.*

QVod dicitur per exceptionẽ peremptoriam oppoſitam non inducit lit.conteſt.c.fin. de lit.conteſt.in 6. limitatur non procedere, ſi teſtes ſuper tali exceptione recipiantur, vel de ea probatio offeratur, ſecundum Bald. & dom. Præpo. in cap. cùm cauſam.circa princ.extrà, de appel.

DECISIO CXCVI.

*Filius delinquens.*

VBi pater ex forma ſtatuti tenetur ſoluere condemnationem pro filio delinquente, pater in proceſſu citari debet, & cum eius conſenſu filius eſſe in iudicio, aliàs non nocet proceſſus patri, ſecundum Bald.in l.filiusfamiliàs.ff. de his qui ſunt ſui vel alie.iur.cùm ipſius patris interſit. l. de vnoquoque. ff. de re iudic.Licet Bartol. in l. cùm filius. ff. de verb. obligat. dixerit citationem patris eſſe

eſſe conſilij, non neceſsitatis. Et idem dici poſſet, quando magiſter pro famulo teneretur eadem ratione. Et eſt ad limitationem iurium dicentium, in cauſa criminali contra filiumfamil. non requiri patris conſenſum.

## DECISIO CXCVII.

*Dies ſolutionis. Adde Matt. deciſ. 316.*

DIes ſolutionis fiendæ in certo loco non interpellat pro homine, nec debitorem in mora conſtituit, quando creditor & debitor ſunt diuerſi fori, nec acceſsit ea die creditor ad locum fiendæ ſolutionis pro recipiendo, per text. in l. ſi, in diem. in prin. ff. de cond. & demon. vult Bart. in l. item illa, in verſic. eadem ratione. ff. de conſti. pecu. Si tamen ſolutio fieri deberet reſpectu alicuius rei, puta pro Canone, contra Bartol. tenent plerique Doct. quos refert do. Alexand. in 1. vol. conſi. 92. in fin. 5. col.

## DECISIO CXCVIII.

*Teſtes ad æternam rei memoriam.*

TEſtes ad æternam rei memoriam non recipiuntur in cauſis criminalibus, quando agitur criminaliter, ſecùs ſi ciuiliter, ſecundum gloſſ. Innocen. & Hoſtienſ. in cap. quoniam frequenter. extrà, vt lite non conteſt. Specu. in titu. de teſte. §. nunc tractemus. verſic. pen. licet ibi dicatur Vincentium tenere cõtrarium, quem ſequitur Bald. poſt Nico. Mata. in authen. ſi quis ab alio. C. de teſtib. Prima opinio poſſet procedere in accuſatore. Secunda in reo, concordando dictas opiniones, ſecundum dominum Floria. in l. Aquilia. ff. ad legem Aquiliam.

## DECISIO CXCIX.

*Minor.*

MInor præſumitur, quem apparet curatorem habere, niſi maior doceatur, ſecundum Bald. in l. ſecunda. §. quod obſeruari. C. de iuramen. calum. Quod procedere crederem, niſi aſpectus oſtenderet eum maiorem, vel longus lapſus temporis poſt curam.

# DECISIONVM CENTVRIA TERTIA.

## DECISIO CC.

*Bãnitus.*

STatutum, quòd bannitus in criminalibus habeatur pro confeſſo, non comprehẽdit delinquentem extra territorium iudicis bannientis, ſecundum Butri. in c. propoſuiſti. extrà, de foro compe. Quia ipſum ſtatutum non poteſt extorquere talem confeſsionem ab abſente extra territorium, per nota. in c. poſtulaſti. extrà, eod. titul. & in c. Romana. in §. contrahentes. eod. titu. lib. 6.

## DECISIO CCI.

*Confeſſio teſtatoris.*

COnfeſsio facta in teſtamento per teſtatorem, puta, quòd vſuras extorſit, vel malè abſtulit, non ei præiudicat, quin reuocando teſtamentum illã poſsit reuocare: cùm talis confeſsio nõ dicatur ſpecies probationis, ſed vltimæ voluntatis, quæ eſt vſque ad mortem reuocabilis. gloſſ. reputatur ſingularis in l. ſi quis teſtium. in verb. Chirographũ. & ibi hoc vult do. Floria. ff. ad l. Aquil. referens idem tenere Ang. in quæſtione exordiente, Senenſis miles, aliàs Aſten. & Bald. in addi. ad Spec. in titul. de confeſſ. §. confeſsio facta. Quod limitari fortè poſſet: niſi teſtator iuraſſet ſuper tali confeſsione, per authen. quod obtinet. C. de proba. & l. cùm quis. in §. codicillis. ff. de leg. 3. Non reuocato autem teſtamento, benè præiudicaret ipſa confeſsio, ſecundum domi. Præpoſi. in cap. cum ſpeciali. §. porrò. colum. vlti. extrà, de appell.

## DECISIO CCII.

*Teſtis inimicus.*

PRocurans inimicitiam teſtis, vt ei non credatur, non poteſt vt inimicum eum repellere, ſed quanta fides illi ſit adhibenda, relinquitur iudicis arbitrio, ſecundum Bartol. in l. 1. in §. cùm quis.

quis.ff.de quæſtio.facit l. ſi merces.in §. culpæ.ff.loca.

## DECISIO CCIII.

*Apoſtoli aſſignati.*

ASſignatus recipere Apoſtolos ſuper appellatione intra certos dies, non tenetur omni die illorum dierum comparere: ſed ſufficit, ſi compareat vna ex ipſis diebus, & repetat Apoſtolos, ſecundum gloſſ. in verb. infra. in Cle. 2. de appel. D. Præpoſi. in c. perſonas. col. 7. extrà, eo. nec etiam in termino per ipſum iudicem prorogato ad diem, ſecundum Domi. de Rota deciſ. 410. in nouiſ.

## DECISIO CCIIII.

*Conſtitutus in mora.*

COnſtitutus in mora per interpellationē debito modo factam, ſi poſtea in iudicio conuentus ſtatim fateatur debitum, vel cedat liti, releuatur ab expenſis antea factis, ſecundum Angel. in l. 2. C. de obſe. patro. præſtan. & in l. debitores. C. de pigno. quod ſecundum eū tenet etiam Guil. de Cu. in l. edita. C. de eden. ad idem Bal. in authen. contra. & in l. fin. C. de non num. pecun.

## DECISIO CCV.

*Procurator falſus*

GEſtum per falſum procuratorem in auditorio Principis, non poteſt per dominum ratificari propter deteſtabile vitium obreptionis in eo auditorio commiſſum, per c. ex parte Decani. in verſic. quia verò. extrà, de reſcript. & ibi Innoc. Per falſum autem nuncium geſtum indiſtinctè ratificari non poteſt. l. multum. & ibi Cyn. circa fin. C. ſi quis alteri.

## DECISIO CCVI.

*Excommunicationis exceptio.*

PRocurator nō poteſt obijcere exceptionem excommunicationis contra aliquem, niſi habeat mandatum ſpeciale ad hoc per theoricam Innoc. in c. ſuper his. extrà, de accuſa. vult Bald. in eius repertorio, incipiente, Abbas, in verbo, procurator. Et procurator ad litem conſtitutus poteſt ante litem conteſta. reuocari. licet reuocatio non venerit in notitiam iudicis vel aduerſarij, ſecundum Innocen. in capitu. ex inſinuatione. in princ. extrà, de procura.

*Reuocatio procuratoris.*

Bal. vbi ſuprà. glo. tamen & Panor. in d. c. & in c. mandato. eod. titu. & Bar. in l. 1. C. de ſatiſdando. tenent contrarium, niſi mandatum eſſet generale, & factū extra iudicium, & procurator nondum intraſſet iudiciū cum aliqua certa perſona, quo caſu poſſet procedere prima opin. ſecundum eos.

## DECISIO CCVII.

*Libellus iniquus.*

LIbellus calumnioſus aut euidenter iniquus, poteſt etiam ex officio iudicis reijci, ſecundum glo. in l. qui cùm maior. in §. ſi libertus patronum. ff. de bo. libe. Inno. in c. 1. de offi. vica. Panor. in c. cùm inter. extrà, de conſue. Idem ſi ſit ineptus, ſecundum eos. facit glo. in c. Chriſtianis. 11. q. 1.

## DECISIO CCVIII.

*Expreſſio cauſarū.*

IN appellatione ab interlocutoria ſufficit expreſsio cauſarum, vel cauſæ grauaminis, vt ex actis ſiue per relationem ad acta, ſecundum Paul. de Leaza. & Lapum in Cle. appellanti. de app. faciunt not. per Innoc. in c. fin. de ope. no. nunc. Card. tamen & Im. in d. Cle. Ioā. And. in c. peruenit. lo 2. extrà, de ap. Gemi. in c. cordi. eod. tit. in 6. Ang. in l. 1. ff. de libe. & poſthu. & Bald. in repetitio. l. edita. C. de eden. tenent contrarium, de quo plenè per D. Prępoſ. in c. vt debitus. extrà, de appel. & per Domi. de Rota in nouiſ. deciſ. 7.

## DECISIO CCIX.

*Patris iuſſus.*

AD iuſſum patris debet iudex filiū detinere: cùm non ſit veriſimile, quòd pater (qui plus diligit filium quàm ſeipſum. l. iſti quidem. ff. quod metus cauſa) velit eum incarcerari ſine iuſta cauſa, ſecundum Bart. in l. 2. in princip. ff. de vulg. & pupill. in 4. colum. ſi pater ſit honeſta perſona & diſcreta', aliàs nō. argum. l. ſi cùm dotem. in §. nec non. & ſequen. ff. ſolu. matri.

## DECISIO CCX.

*Alimenta.*

STatutum excludens filias dotatas & maritatas à ſucceſsione patris, extantibus maſculis vel filiabus, non nuptis, illas non excludit ab alimētis ſuper bonis paternis, eis non habentibus, vnde

 ſe alant,

ſe alant, ſecundum Dom. Cat. in l. 1. in §. ius gentium. ff. de iuſtitia & iure. Cũm tale ſtatutum ad alimenta relatum eſſet iniquum. ff. de libe. agnoſ. l. necare. Ad hoc facit, quod not. in authen. nouiſſima. C. de inoffic. teſta. & text. in authẽ. contrà rogatus. in fine. C. ad Treb. vbi hæres grauatus reſtituere, quod ex hæreditate ſupereſſet, poteſt de quarta, quã ſeruare debet, fideicommiſſario diminuere, ſi non habet aliunde, ex quo ſe alat.

## DECISIO CCXI.

*Citatio generalis*

SI iudex præcipiat alicui, vel citet, vt coram eo compareat reſponſurus ſuper his, ſuper quibus interrogabitur, nõ valet præceptum & citatio, propter nimiam generalitatem & incertitudinẽ, ſecundum Spec. in ti. de citatio. §. 1. verſ. item quòd in ea. & ibi Io. Andr. in addi. Bald. in l. filiusfam. in §. diui. ff. de lega. 1. Domini de Rota in nouiſ. deciſio. 33. in Rubr. de li. obla.

## DECISIO CCXII.

*Delegatus delegans.*

LIcet delegatus ordinarij regulariter ſubdelegare non poſsit, tamen poteſt delegare, & alteri committere ea, quæ ſunt nudi miniſterij, vt teſtium receptionem, & ſimilia, ſecundum glo. fi. in Clem. 1. de offic. deleg. quæ reputatur ſingularis. Quod procedit, ſecundum Panor. in c. cùm cauſam. extrà, de ap. & D. Præpoſi. ibidem, quando iudex ipſe prius approbauit capitula & teſtes examinandos, aliàs non.

## DECISIO CCXIII.

*Ordo iudicij.*

OBmiſsio ordinis iudiciarij ante lit. conteſt. nõ vitiat proceſſum: quia adhuc non dicitur iudicium, ſecundum Bal. & D. Cat. in l. arbitro. ff. qui ſatiſda. cog. Bart. in l. ſi quæramus. ff. de teſta.

## DECISIO CCXIIII.

*Mulcta geminata.*

QVando officialis vno cõtextu multiplicat impoſitionem mulctę, nõ omnes exigi poſſunt, ſed vna tantùm, ſcilicet maior, per quam videtur à minori recedere. l. eos. C. de modo mulcta. ſecundum Spec. in titul. de contuma. §. nunc dicamus. verſ. ſed pone iudex. Albe. in 2. part. ſta. q. 34. ex ordine. 5. quæſtio. Quod enim vno contextu fit, vnum factum reputatur. l. quod ait. §. fina. ff. de adul. l. illud. §. fin. ff. ad l. Aquil. gloſ. in l. ſi conuenerit. la 1. ff. de pigno. act. Et ſi pareatur vltimo præcepto pœnali, non debet pro alijs præceptis in obſeruatis mulctari, ſecundum Specu. vbi ſuprà. in verſic. ſed quid ſi iſte paruit.

## DECISIO CCXV.

*Officialis ſcriba.*

IDem officialis non poteſt eſſe ſcriba in cauſis ſui officij, niſi in leuibus vel iuriſdictionis voluntariæ, ſecundũ Bal. in l. 1. in §. huius. ff. de iuſti. & iur. Bar. in l. iubemus. in §. ſanè. C. de ſacroſan. Eccleſ. per illum tex.

## DECISIO CCXVI.

*Debitor cõuentus*

IN loco contractus non poteſt debitor conueniri, quando ſolutio eſt in alio loco deſtinata. l. quæro. & ibi Bart. ff. de ſolu. in l. 1. ff. de bo. au. iud. poſ. aliàs eſt l. quæ incipit, Aut vbi quis. eſt gloſſ. in l. 1. C. vbi conue. qui cer. lo. promi.

## DECISIO CCXVII.

*Pœnæ retenta.*

POenæ iuris Ciuilis poſſunt in foro cõſcientiæ à committente licitè retineri, niſi in quantum continent intereſſe partis, per tex. cum gloſ. in verb. augmento. in fine. in c. fraternitas. 12. q. 2. vult Cald. in proœmio decre. Panor. in cap. fina. extrà, de iniur. & niſi ſit pœna, quæ infligatur ipſo iure abſque ſententia iudicis, ſecundum Panor. in c. 1. extr. de conſtitu. in 3. col. per l. commiſſa. ff. de publica. & c. 2. de reſcript. in 6. Fiſcus tamen poteſt exigere, & retinere pœnas cum bona cõſcientia, ne detur materia delinquendi, & delicta remaneant impunita, ſecundum præfatos Doct.

## DECISIO CCXVIII.

*Poſitio ſemifalſa*

POſitio cõtinens partem falſitatis in quantitate vel parte rei petitæ, ſeu in qualitate, poteſt tota ſimpliciter negari,

negari, ſecundum gloſſ. in verbo, ſigillatim. in c. præſentium. de teſtib. in 6. in c. fina. de confeſ. eod. lib. Specu. in titul. de poſitio. §. 7. verſi. 11. Bal. in l. 2. §. quod obſeruari. C. de iuramen. calum. Tācre. in ſua ſumma ordinis iudiciarij in titul. de interro. poſt lit. conteſta. Ioan. Petr. Ferra. in ſua practica in forma poſitionum actoris in gloſſ. 2. Nam cuius particularis aliqua eſt falſa, eius vniuerſalis pariter eſt falſa, argumento C. ſi ad ſacras. 9. diſtinct. extrà, de hæret. c. fraternitatis. & ff. de ædil. edi. l. cum eiuſdem. Et qui negat ſe teneri in centum, cùm teneatur tantùm in quinquaginta, ex propria verborū ſignificatione, & mente reſpondentis, non intelligitur negaſſe ſe teneri in quinquaginta, ſed negaſſe totum tanquam totum, non particulariter, per ea, quæ habentur in l. 2. §. 1. ff. ſi certum petat. & quia cùm ponatur de centum, reſponſio debet intelligi ad interrogata & poſita, & non aliter. l. ſi ſine. §. qui interrogatur. ff. de interroga. actio. Inſtit. de inutil. ſtipul. §. præterea. Contrariam opinionem niſi quando eſt falſitas in qualitate, vel quod ponitur, eſt indiuiduum, tenent Bart. Ang. dom. Alexan. & ſecundum eum communiter Doct. in l. 1. §. ſi ſtipulanti. ff. de verb. oblig. & ipſe Bart. in l. penul. ff. de verb. ſig. per l. qui ſolidum. in princip. ff. de leg. 2. ad idem glo. in c. nulli. 12. q. 1. Vbi autem poſitio continet aliquid principaliter, & aliquid demonſtratiuè aut qualificatiuè, reſponſio ſimpliciter data refertur ad omnia, ſecundum Rapha. Imol. Paul. de Caſt. & D. Alex. in l. ſi cui ſerui. §. ſi à filio. ff. de leg. 1. Panorm. in c. 1. extrà, de plus petitio. Bal. in l. 2. §. quòd ſi actor. in fin. C. de iuramen. calum. in l. 1. pen. colum. verſ. ſed nunquid. C. de ædil. actio. Bart. vt refert dom. Alexan. vbi ſuprà in conſil. incipien. Statuto ciuitatis Florentiæ, cauetur, quòd Forēſis. Sed quòd referatur tantùm ad principale, tenuerunt Spec. in d. verſ. 11. quem ſequi videtur Butr. in dicto cap. primo. Ioan. Andre. in cap. primo. extrà, de litis conteſt. Bart. & Bald. in d. §. ſi à filio. & ibi dominus Conſtant. & in l. non tantùm, cum duabus ſequen. ff. de re iudica.

## DECISIO CCXIX.

*Sententia ſuper appellatione.*

Sententia lata ſper appellatione ab interlocutoria eſt reſpectu partium interlocutoria, licet reſpectu iudicis dicatur diffinitiua, ſi pronunciatur contra appellantem, & remittatur negocium diffiniendum iudici à quo, ſecūdum Bal. in authen. hodie. C. de iura. calum.

## DECISIO CCXX.

*Iudex cōuentus.*

Etiam finito ſyndicatu poteſt iudex in patria & villa ſua, pro malè extortis conueniri, ſecundum Bart. in l. 1. & 2. ff. ad leg. Iul. repetun. Ang. in l. ſi filius. ff. de iudi. Super quo diſtingue, vt per Bal. in l. obſeruare. in §. proficiſci. ff. de offic. proconſul. in 4. quæſt. Calderi. in quæſtionibus ſyndicatus, q. 249.

## DECISIO CCXXI.

*Syndicatus iudicis.*

De eo, quod committitur voluntati & conſcientiæ iudicis, non poteſt ipſe iudex ſyndicari, ſecundum glo. quæ reputatur ſingularis in c. ſtatutum. in §. aſſeſſorem. de reſcript. in 6. in verb. relinquatur. Poterit tamen per ſuperiorem emendari ſeu retractari, ſi ſit enormis læſio, ſecundum gl. & Card. in Cle. 1. de iure patro. Dom. Præpoſi. in Rubri. extrà, de appel.

## DECISIO CCXXII.

*Cogi ad cōſilium.*

Iudex non poteſt partes cogere ad exburſandum ſalarium pro conſilio habendo, quando hoc facit ad ſe exonerādum à labore ſtudij, vel ad euitandum maleuolentiam partium, per text. cum gloſſ. in authē. vt iudi. non expec. ſa. iuſ. in princ. colla. 9. glo. in l. 1. C. de relatio. Secùs ſi hoc faciat propter dubitationē probabilem, quam habet in cauſa dicta. l. 1. Et pars, quæ inſtat cauſam mitti conſultori, quia fortè iudex dubitat contra eam, debet in totum ſoluere ſportulas conſultoris. Si autem vtraque pars hoc petat, vel iudex habens cauſam dubiam in iure, communiter ſoluuntur, ſecundum Bart. in l. ſi poſtulauerit. ff. de adul. iudex verò poteſt reuocare commiſſionem factam cōſultori ante habitū con-

ſilium,quando commiſsio eſt facta voluntariè,non ex neceſsitate, puta ſtatuti, ſecundum Bartol.in l.1.ff.nil nou.app. pen.in l.ad iudicem. ff. de ap. per illum text.

### DECISIO CCXXIII.

*Qualitas adiecta.* QValitas in libello accuſatione vel articulis probatorijs adiecta alterantes actionem vel delictum intentatū, vel quæ neceſſariò ſunt apponēdæ, debent probari, aliàs ſecùs. Et primo caſu procedit opinio Specul. in titul. de libel.concep.§ ad huius. verſic. & in ſum. Archi.in c.2.de teſti.Bartol.in l.diuus.ff.de re iud. Cyn. & Iac.de Are. in l.2.C.de proba.gloſ.in Cle. fi.de reſcript. Panor.in c. auditis.extrà,de pſcript. qui noluerunt tales qualitates neceſſariò probandas. In ſecundo caſu opin. gloſſ. in c.2.extrà,de præſcript.& Bald. in l.1. C.de condi indeb.& quod colligitur ex text.iunct. glo.in l.ſcio.§.ſed illud. verſic.quid ergo.ff.de app. Ita etiam tenet Panor.in d.c.2.

### DECISIO CCXXIIII.

*Expenſæ.* ACtus iudicialis debet fieri expenſis eius, qui procurat, & inſtat, vt fiat, ſecundum glo.& Bartol. in l.2. ff.ex quibus cauſ.in poſ.ea.

### DECISIO CCXXV.

*In iudicio ſiſti.* PEr ſimplicem nuncium vel epiſtolam non poteſt quis in iudicio comparere,notat ſingulariter Bald. in Rubr. extrà,de procura. facit quod vult Cyn. in l.multū.C.ſi quis alteri vel ſibi.in fin.

### DECISIO CCXXVI.

*Inſtrumētum.* PArtes non poſſunt conuenire, quòd inſtrumentum habeat executionē paratam abſque aliquo ordine iudiciario, ſecundum glo.in c.de cauſis. extrà, de offic.deleg.ſentit Bal.in l. tale. §. qui prouocauit. in ſecunda opin.ff. de pactis. & per ea, quæ volunt Doct. in l.nemo poteſt.ff.de leg.1.glo.in l.prolatam. C.de ſen.facit l. ius publicum. ff. de pactis. Domini de Rota in nouiſ. deciſ. 91. in Rub. de libel.obla. Fortè tamen valebunt in vim pacti geſta virtute talis conuentionis, ſecundum Panor. in dicto c. de cauſis. per l.2. C. commu. vtriuſque iudi.

### DECISIO CCXXVII.

*Nuncij citatio.* AN credatur nuncio referenti ſe citaſſe, ſi pars hoc neget, relinquitur arbitrio iudicis, inſpecta qualitate perſonæ nuncij, & eius, qui dicitur citatus, ſecundum Hoſtien. Ioan. And. Butr. & Panor. in c. cùm parati. extrà, de app. Io. And. in addi. ad Spe. in tit. de citatio. §. ſequitur. verſi. ſed nunquid credetur. Salic. in l. tres denunciationes. C. quomodo & quando iudex. maximè ſi quis iuret, ſe non citatum, ſecundum eos.

### DECISIO CCXXVIII.

*Nūcij credulitas.* NVncio referenti citatum eum verberaſſe, vel dixiſſe verba iniurioſa, aut ſe nolle venire, non creditur, ſecundum Io. And. in addi. ad Spec. in tit. de contu. aliàs de citatio. §.1. circa prin. ibi. hîc ſequuntur verba Butr. in c. cùm parati. extrà, de app. Ange. & in l. diuus. ff. de in integ. reſti. Sali. in l. tres denunciationes. C. quo. & quan. iud. licet Bar. & Imol. viſi ſint tenere contrarium in l. ex conſenſu. §. fi. ff. de app. per glo. ibi, & in l. conſentaneum. C. quo. & quan. iudex. quæ glo. & Bart. non videntur dicere, quòd credatur de his nūcio, ſed quòd verus contumax eſt, qui dicit ſe nolle venire. primā opin. tenet etiam D. Conſt. in tract. de cau. iudicio. tit. de citat. §.2. nec de commiſsione iudicis, vt citet aliquem creditur nuncio, licet ſit generaliter cōſtitutus ad citationes faciendas, ſi non apparet de ſpeciali commiſsione, ſecundum Bar. in l. fi. per illum tex. C. de exhi. reis. & per l.1. C. de iure do. impe. Imo, in l. ex conſenſu. in §. fi. præal. Salic. in d.l. tres. eſt de mente Io. And. in addi. ad Spec. in d.§.1. licet Ange. Aret. Inſtit. de actio. §. quadrupli. tenuerint contrarium. Io. Fa. Inſt. de pœ. te. lit. §. fi. & Iac. Butri. in d.l. fin. dicens, ita ſeruare conſuetudinem. Prima videtur cōmunior de iure Communi, aliter non conſtito de contraria conſuetudine, per d.l. fi.

### DECISIO CCXXIX.

*Forū vetitum.* TRahēs aliquem ad forum vetitum, poteſt pœnitere vſq; ad litis conte. pœnam

pœnam tamen euitare non poteſt, ſecundum Iacob. de Aret. Petr. & Bald. in l. in criminali. C. de iuriſdict. om. iud. & ibi Ioan. Fa. gloſſ. in verb. perdant. in c. ſi diligenti. extrà, de foro competen. & ibi Innoc. & Ioan. Andr. gloſſ. & Archi. 11. q. 1. c. inolita. Spec. in titul. de compe. iudi. ad. §. 1. verſic. ſed quomodo poteſt. Do. Alexand. in l. quamuis. ff. de in ius voc. in 3. colu. licet gloſſ. & Bart. in dicta l. in criminali. & Panormitan. in dicto capit. ſi diligenti. tenuerint poſſe pœnitere, & pœnam euitare quandocunq; ante ſententiam.

## DECISIO CCXXX.

*L. in criminali*

LEx in criminali. C. de iuriſdict. omnium iudi. procedit etiam, quando quis arreſtatur coram iudice incompetente ſine alia citatione, per text. ibi, cum Bald.

## DECISIO CCXXXI.

*Ius certum.*

ILla verba: Si & inquantum iuris ſit, & ſimilia, per quæ ius in conditione confertur, non faciunt diſpoſitionem conditionalem: quia ius eſt certum. l. 1. circa medium. C. de emen. iuſti. co. & ea quæ ſunt certa, non ſuſpendunt vel inducunt conditionem. l. cùm ad pręſens. ff. ſi cert. pet. facit l. ſi ita ſtipulatus fuero hanc. vbi Dominus Conſtant. ff. de verbo. obliga.

## DECISIO CCXXXII.

*Iudex excipiens.*

IVdex poteſt etiam in facto pro vna partium allegare & excipere, quando de tali exceptione vel iure conſtat ex actis & productis coram ſe. l. planè. & l. fin. ff. de peti. hære. c. pia. in fine. de except. in 6. gloſſ. in l. vbi pactum. C. de tranſact. vult Bal. in l. 1. C. vt quæ deſunt aduoc.

## DECISIO CXXXIII.

*Dilatio mutata.*

DIlatio à iudice data poteſt ab eo mutari, abbreuiando vel prorogando ex cauſa, vel reuocari, ſecundum Doct. cõmuniter in l. fin. ff. de fer. cùm ſit interlocutoria, niſi aſsignatus iam cœpiſſet vti dilatione, incipiendo agere id, ad quod eſt aſsignatus, ſecundum Doct. ibi, & not. in l. quod iuſſu. ff. de re iudic. in l. arbitro. ff. qui ſatiſda. cog. & per do. Præpoſi. in c. cùm ſit Romana, in 3. col. extrà, de appell.

## DECISIO CCXXXIIII.

*Procurator falſus.*

IVdicium agitatum cum falſo procuratore valet, quo ad eius præiudiciũ: nam ex eo obligatur l. Plautius. ff. de procur. l. 4. ff. de re iudi. tenet Innoc. in c. prudentiam. extrà, de offic. deleg. in 2. colum. ibi, item non obſt. ff. de iudi.

## DECISIO CCXXXV.

*Decendium ad appellandũ.*

DEcendium ad appellandum currit etiam domino à tempore ſcientiæ procuratoris, quando iudicium per procuratorem eſt agitatum, nec tunc requiritur ſcientia domini, ſecundum Panor. poſt Innoc. in c. 1. col. 9. extrà, vt lite non conteſt.

*Vide tamẽ Mat. deciſio. 344.*

## DECISIO CCXXXVI.

*Suſpicio.*

DE iure ciuili cauſa ſuſpicionis iudicis neceſſariò nõ eſt exprimenda vel probanda, ſed in dubio ſufficit iuramentum ſuper ſuſpicione, niſi conſtaret euidenter ſuſpitionem eſſe temerariam. Vti ſi recuſaretur delegatus datus de communi partium voluntate, ſecundum gloſſ. Iacob. de Aret. Iacob. Butrig. Angel. & Imol. in l. quia poterat. ff. ad Trebel. gloſſ. in l. apertiſsimi. C. de iud. Spec. in titul. de recuſa. iudi. §. qualiter. verſic. quidam. Panor. in c. cum ſpeciali. extra, de appel. Idem in caſibus, in quibus de iure ciuili poteſt ordinarius in totum recuſari, ſecundum Bald. in authen. & conſequenter. C. de ſentent. & interloc. omn. iud. de iure autem Cano. cauſa ſuſpicionis eſt exprimenda & probanda coram arbitris. d. c. cum ſpeciali, & c. ſecundò requiris. eo. titu.

## DECISIO CCXXXVII.

*Dilatio.*

DIlatio legis vel iudicis data per dictionem incluſiuam, puta ad aliquid faciendum vſque ad octo dies, non extenditur ad diem vlteriorem, & ſi vltima illarum dierum ſit feriata, ſecundum Bald. in l. 2. circa finem. ff. ſi quis in ius voc. non ierit. in gloſſ. in verb. feriatus, & ibi dominus Cato per l. 2. in fine. C. de temp. appell. & nota. in c. cùm dilecti, extrà, de dolo & contu. ſecùs quãdo ſine

do ſine tali dictione, puta ſtatuendo terminum octo dierum ad ſic faciendum: quia tunc fiet prorogatio ad diem ſequentem. l.2.§.ſi quis.ff.ſi quis cau. Sed dictum c.cùm dilecti. potius videtur cōtrariari, quia loquitur per dictionem, vſque, & dies vltima termini erat feriata, & tamen fuit expectatum vltra terminum.

## DECISIO CCXXXVIII.

*Notoriū.* NOtorium quamuis releuet ab onere probandi, tamen debet allegari, ſecundum gloſſ. in verbo, iudicis. in Clemen. appellanti. de appel. nota. d. Cat. in l.ſi verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui ſatiſda. cog. At an aliquid ſit notorium, poteſt iudex ſumere informationes, parte etiam non citata, ſecundū Bald. ex mente Archid. in c. cùm inter vos. extrà, de conſue. & d. Cato. vbi ſuprà, qui Bald. in dict. §. qui pro rei. dicit, quòd vbi aliquid eſt notorium, non iuratur de calumnia, per l. at qui natura. §. cùm me abſente. iuncta gloſſ. in verbo, committit. circa princ. ff. de nego. geſt. Et quòd dictum eſt, notorium debere allegari, intelligitur, quando debens allegare eſt præſens in iudicio: ſecùs ſi abſens, licet citatus citatione tamen habente vitium notorium, ſecundum Panor. & do. Præpo. in c. ex parte tua. extrà, de app. Item ſecùs, quando de eo cōſtat ex actis: quia tunc iudex poteſt pro parte allegare, ſecundum Innoc. & Cano. communiter, in c. ex inſinuatione. eo. titul. Spec. in tit. de offi. iudi. §. impendit. circa princ.

## DECISIO CCXXXIX.

*Actio ex empto.* VEnditore volente & offerente in ſe ſuſcipere cauſam motam contra emptorem, cogitur agens proſequi contra venditorem, & emptorem dimittere, & per caſum ſingularem in l. ſed ſi lege. §. quid tamen. ff. de peti. hær.

## DECISIO CCXL.

*Sequeſtrum.* SEqueſtrum regulariter tollit ſatiſdatio. l. fin. C. de ordi. cogni. l. litibus. C. de agrico. & cenſi. l. ſi fideiuſſor. §. fi. ff. qui ſatiſda. cogan. & ſecundum Cyn. & communiter Doct. in l. 1. C. de prohi. ſequeſt. pecu. Dummodò in ſatiſdatione promittatur de reſtituenda ſine procraſtinatione, ſecundum Bart. in dicta l. litibus. niſi in caſu. Cle. 1. de ſequeſtra. poſ. & certis caſibus, de quibus per Panor. in c. 2. extrà, eo. circa 4. colum. Item contumacia vel abſentia interpretantis ſequeſtrum nō curantis litem proſequi. l. ſi oleum. ff. de dolo. Item ſentētia poſt ſequeſtrum lata, ſecundum Doct. in d. §. final. Et licet ad conceſsionem ſequeſtri exigatur ſummaria cognitio, nō tamen citatio partis, vel alius ordo iudiciarius, propter ſuſpicionem fugæ, & exportationis rei, ſecundum Bald. in d. §. fin. & Panorm. in d. c. 2. in fin. per l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. de his, quæ in frau. credi. facit glo. in l. ſi. C. de ferijs.

## DECISIO CCXLI.

INterlocutoria lata ex relatione peritorum in arte (quibus creditur. ff. de ſta. ho. l. ſeptimo menſe) nedum poteſt per appellationem reuocari, vt habetur in l. arbitro. ff. qui ſatiſda. cog. imò nunquam tranſit in rem iudicatam, quin poſsit per peritiores reuocari, ſecūdum Butri. in c. propoſuiſti. extrà, de proba. quæ opinio ſecundum eum fuit originaliter Ioannis Andreæ, in addi. ad Spe. tit. de homicid. §. 1. verſic. ſed pone vulneratus. Idem vult Angel. in l. quòd ſi nolit. in §. ſi mancipium. ff. de ædil. edic. & do. Cato in d. l. arbitro. & Bald. in c. penult. extrà, de proba. *Relatio peritorū in arte.*

## DECISIO CCXLII.

REconuentio habet locum, etiam in officio iudicis implorato, ſecundum gloſ. in l. 1. §. final. iuncto illo tex. & iungendo gloſſ. ibi in verbo, debetur. cum glo. fi. ff. de varijs. & ext cogn. Contrarium tenuit gloſſ. in l. ſed ſi reſtituatur. circa princ. ff. de iudi. Prima opinio poteſt procedere, quando officium iudicis principaliter imploratur. Secunda, quando incidenter, ſecundum Inn. in titul. extrà de mu. petitio. in fi. ibi, & ſecundum prædicta. *Recōuentio.*

## DECISIO CCXLIII.

EXcipiens non videtur confiteri intentionem agentis, etiamſi excipiat *Exceptio*

piat de ſolutione, per c. cùm venerabilis. vbi hoc tenent gloſſ. Innoc. Butri. & Panor. extrà, de excep. Spec. in titul. de excep. §. viſo. verſ. quid ſi reus. Cyn. in l. exceptionem. C. de proba. in l. ſiquidè. eod. titul. Cu. & do. Alex. in l. decem. ff. de verb. oblig. & per l. non vtique. ff. de except. hoc tenent etiam gloſ. in c. exceptionem. de reg. iur. in 6. triplici ratione. Probatur dicta opin. forti ratione. Nam ſi obijciens exceptionem peremptoriam videretur fateri intentionem actoris, conſequens eſſet dicere: quòd virtute illius tacitæ confeſsionis inducetur litis conteſt. affirmatiuè, & tamen per obiectum talium exceptionum non inducitur litis conteſta. c. 2. de lit. conteſt. in 6. licet contrarium tenuerint plerique Doct. in locis præalleg. diſtinctio tamen Bartol. & Angel. in d. l. decem. an per verba legalia, vel per verba facti excipiat in ſuis terminis, habet bonas rationes, & ſuſtentabilis videtur.

## DECISIO CCXLIIII.

*Appellatio recepta.*

ET ſi appellatio admitti non debuerit, vel ſi per ea procedi, quia ſententia tranſierat in rem iudica. vel alio reſpectu erat exequenda, ſi tamen de facto fuit recepta per iudicem ad quem, & coram eo eſt per partes proceſſum in cauſa ipſius appellationis, poterit ipſe iudex cognoſcere & pronunciare ſuper ipſa appellatione, & de iuſtitia ſententiæ, ſecundum Innoc. ſingulariter in c. cum dilecta. extrà, de reſcript. in c. cùm Bertholdus. extrà, de re iudic. quem ſequuntur But. & Imo. in d. c. cum dilecta. Panor. in c. cùm cōtingat. extrà, de offi. delega. in 2. col. Bal. in l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. præſi. Rom. in l. admonendi. in verſ. nonò fallit. ff. de iureiurand. Felin. in c. inter cæteras. extrà, de re iud. Item ſi fuerit per iudicem admiſſa probatio, quæ non debebat admitti parte tacente, nec contradicente, puta, quia poſt dilationem ad probandum vel contra iuramentum aut formam ſtatuti, tamen valebit probatio, ſecundum Bald. in l. certi condictio. §. quoniam. ff. ſi cer. petat. & ibi d. Alexand. in 3. col. Bald. & Salic. in l. fi. C. de non num. pecun. Bart. in l. inter ſtipulan. §. 1. ff. de verb. oblig. Panor. in d. c. cùm contingat.

## DECISIO CCXLV.

*Poſſeſſor extraneus citandus.*

EXtranei poſſeſſores, de quorū præiudicio tractatur, ſunt citandi in pronunciatione, in qua pronunciatur deueniri poſſe contra eos, ſecundū Iac. de Aret. Barto. & Ang. in l. decem. ff. de verbo. obli. licet ipſe Bart. ibi dicat tunc ſufficere citationem generalem per tubam, per authen. ſi omnes. C. ſi vt ſe ab hæredi. abſti. Iac. autem Butrig. tenuit contrarium, ſcilicet, non eſſe neceſſariam ipſam citationem, ſicut quando pronunciatur teſtamentum inofficioſum, non ſunt citandi legatarij. l. Papinianus. §. ſi ex cauſa. ff. de inoffi. teſta.

## DECISIO CCXLVI.

*Defenſio ſine ſatiſdatione.*

DEfenſor vnius articuli, & non totius cauſæ abſentis, non tenetur ſatiſdare, ſecundum glo. ſingulàrem, in l. in eo. la 2. in verbo, nemo. circa medium. ff. de regul. iur. Item quando defenſio, quæ allegatur ad totam cauſam, apparet ex actis: quia tunc etiam inhabilis, vt minor & mulier, admittitur ad defendendum ſine ſatiſdatione. l. exigendi. C. de procura. quam ita intelligit Innoc. in c. veniens. extrà, de accuſa. quod ſequitur Angel. & dominus Cat. in l. filiusfam. ff. qui ſatiſdare cogan. nam & iudex talem defenſionem apparentem ex actis adducere poteſt nullo defendēte. l. planè. & l. fin. ff. de petitionibus hæredita. glo. in l. vbi pactum. C. de tranſactio.

## DECISIO CCXLVII.

*Inſtrumētum fori.*

INſtrumentum, in quo eſt decretum iudicis, debet exhiberi parti cum die & conſule, & appellatur inſtrumentum fori, ſecundum Bald. & dom. Cato. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. proconſul. & eſt ad limitationem §. editionem. in l. 1. ff. de eden.

## DECISIO CCXLVIII.

*Reſtitutio in intēgrum.*

PRocurator ſine ſpeciali mādato poteſt petere reſtitutionem in integrum incidenter, licet nō principaliter, ſecundum Bart. in l. cùm procurator. §.

dominus. ff. de operis noui nuncia. Bal. in l. 1. C. etiã per procuratorem cauſam in integrum reſtit. agi poſ. per l. fina. C. vbi & apud quem, iuncta ibi gloſſ. & pẽr nota. in c. ſuſcitata. extrà, de in integr. reſtitut.

## DECISIO CCXLIX.

*Solutum non repetitum.*

SOluens in executionem præcepti iudicis emanati ſine cauſæ cognitione, & ſic nulliter, non repetit, ſecundum gloſſ. in verbo, ſimplici, in princip. in l. fin. ff. quod met cau. quæ reputatur ſingularis.

## DECISIO CCL.

*Cõtumacia ex delicto.*

PRopter contumaciam citati ex delicto poteſt iudex ei facere dirui domum, caſus eſt mirabilis, in l. ſi is cum quo. ff. communi diuidun. quod tamen non deberet iudex, niſi ex graui cauſa & vera contumacia, facere.

## DECISIO CCLI.

*Iudicis officium impartitũ.*

IVdex impartitur officium ſuum, etiã non requiſitus in cauſis perſonarum miſerabilium. l. nec quicquam. §. final. ff. de offic. proconſul. & ibi Bald. & do. Cat. Bart. in l. 4. §. hoc autem. ff. de dam. infect. per l. ſancimus. §. 1. C. de adminiſtra. idem in alijs caſibus ibi per eum enumeratis.

## DECISIO CCLII.

*Præſcriptio.*

IN criminalibus per libelli ſolam oblationem, aut inquiſitionis à iudice formationem etiam ſine citatione rei interrumpitur præſcriptio. l. miles. §. ſexaginta. & ibi Bartol. ff. de adult. domi. Cat. in l. 2. § hoc edicto. ff. de eo, per quẽ factum erit. licet Baldus ibi contrà. & in dicto § ſexaginta. allegans duas glo. quę ſecundum eum intelligunt, quòd ibi interuenerat partis citatio.

## DECISIO CCLIII.

*Sententia irratificabilis.*

SEntentia lata, quia nulla die feriata ob neceſsitates hominum, nõ poteſt per partes confirmari aut ratificari tacitè vel expreſſè: qa talis nullitas prouenit ex defectu iuriſdictionis & ſolennitatis ſubſtantialis, cuius ſuppletio & confirmatio in voluntate ratificantis non eſt, ſecundum Cyn. in l. cùm antea. C. de arbi. Bald. & Panorm. in c. prudentiam. extrà, de offic. deleg. & per theoricam Innoc. ibi in verſic. item non eſt contrà. Inſtit. de teſta. mili. & ibi, ſed reſpondemus. Contrà facit l. 2. C. communia vtriuſ. iudi.

## DECISIO CCLIIII.

*Contumax verus.*

QVi data opera fecit, quò minus citatio ad eius notitiam peruenire poſſet, vel ſibi præſentaretur, dicitur verus contumax, ac ſi dixiſſet, nolo venire, ſecundum gloſſ. in l. contumacia. ff. de rei iudi. & Bal. in l. ea quæ. C. quomodo & quando iudex.

## DECISIO CCLV.

*Sententia ꝓ falſo procuratore.*

SIue ſententia ſit lata pro falſo procuratore, ſiue contrà, poteſt per do. ratificari, ſecundum Bart. in l. ſin autem. ff. de aqua plu. arc. per illum text. & per l. fi. C. ad Macedo. & c. cura. de iure patro. & ſecundum gloſſ. Bart. & communiter Doct. citramontanos in l. ſi mater. §. hoc iure. ff. de except. rei iudi. Domi. de Rota deciſ. 459. & Dom. Præpoſ. in c. dilecto. colum. 47. extrà, de appella. & pro hoc. l. licet. ff. de iud. l. 3. §. falſus. ff. rem ratam habe. licet domini Docto. vltramon. tenuerint contrarium, quando pro falſo procuratore lata eſt ſententia, nam tunc dicunt, nõ poſſe ratificari in præiudicium partis, pro gloſſ. nota. in l. ſi indebitum. §. 1. ff. rem rat. habe. & in l. final. §. neceſsitate. C. de bo. quæ lib. & quia quod eſt nullum, non poteſt ratificari. c. auditis. extrà, de elect. nota. per gloſſ. & Innoc. in c. prudentiam. extrà, de offic. delega. Prima opinio videtur communior, quoniam in caſu præmiſſo validitas actus pendet à mera voluntate ratificantis, nec voluntas exigitur pro forma. Ideò ſubſequens ratificatio validat. Inſtit. de teſta. mili. §. penult. & ita etiam intelligitur dictum c. cura. Idem quandocunque talis voluntas tendit ad benè eſſe, ſeu ad extenſionem præiudicij ratificantis, & ita loquitur dicta l. ſin autem.

autem. & ibi Bald. & Domini de Rota, vbi ſuprà. & gloſſ. in d. §. hoc iure. Si autem voluntas ratificantis exigitur pro forma & ſubſtantia actus, tunc ratificatio ſubſequens non validat, & eo caſu procedit gloſſ. in d. § neceſsitate. & opinio vltramon. Et etiam quando ſententia eſſet lata in fauorem falſi procuratoris, & contra partem abſentem, licet citatam ad inſtantiam falſi procuratoris: nam tunc cùm citatio non tenuerit, nec ſententia tanquam lata in abſentem nō legitimè citatum, ratificatio nō validat in præiudicium abſentis, ſecundum Ange. in d. l. licet. & facit gloſſ. in dict. c. prudentiam, dum ponderat, quòd duo ex tribus delegatis proceſſerunt contra abſentem, & ſequendo primam opin. in caſu ſuo, ſaltem valebit ſententia in vim pacti, per l. 2. C. communia vtriuſque iudi.

## DECISIO CCLVI.

*Præceptū reuocabile.*

PRæceptum factum, parte non citata & abſente, poteſt ab ipſo iudice reuocari, etiam parte non citata, ſecundum gloſſ. quæ reputatur ſingularis in l. minor viginti quinque annis, in princi. ff. de euictio. Spec. in titul. de primo decreto. §. iam de effectu. verſicu. ſed quid ſi iudex. facit, quod vult Innoc. in c. querelam. extrà, de electio. in quinta col. de electione, facta abſentibus his, qui vocari debebant.

## DECISIO CCLVII.

*Reſiſtētes iudici.*

SI conſanguinei ſeu attinentes alicuius appellauerint, aut vnus eorum in caſu à iure permiſſo à ſententia contra illum lata in criminali, & iudex velit facere executionem, poſſunt iudici reſiſtere, ſecundum Innocē. in c. ſi quando. extrà, de offic. deleg. Bald. in l. addictos. C. de Epiſc. aud.

## DECISIO CCLVIII.

*Citatio quādo irrequiſita.*

CItatio partis non requiritur, quando non læditur ex actu, qui geritur. l. recuſare. in princip. cum gloſſ. & l. ille à quo, in princ. ff. ad Trebell. Idem in his, quæ pendent à mero iudicis officio, ſecundum Innocē. in c. cùm veniſſent. extrà, de in integ. reſti. in 3. col. ibi, Item præceptum: & quando eſſet quæſtio, an ſtatutum vel conſuetudo teneat, ſecundùm Innoc. & Bald. in c. cùm inter. ad fin. extrà, de conſuetu. Et vbi partis cōtradictio actum non impediret, vt in c. qua fronte. extrà, de appell. & ibi per Panor. & in c. ex inſinuatione. circa fin. eo. tit. & in c. cùm olim. poſt gloſſ. extrà, de re iudic. Ioan. Andr. in addit. ad Spec. de ſententiæ prolatio. §. ſpecies. Ange. in l. de vnoquoque. ff. de re iudic. Felin. in d. c. cùm olim. col. 7. idem quando eſt clarum parti nullam competere defenſionem, ſecundum Bart. in l. ictus fuſtium. ff. de his qui notan. infa. in l. 2. §. quòd ſi de frumentaria. ff. de admi. rer. ad ciui. perti.

## DECISIO CCLIX.

*Iudex ſe ingerens.*

*Adde Lāfranc. in rep. c. quoniam. §. interloc. num. 55.*

VBi iudex oppoſita fori declinatoria ſe ingerit contendendo pro ſua iuriſdictione, ac ſi eſſet pars, non poteſt tanquam ſuſpectus cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio, ſecundum gloſſ. quæ dicitur ſingularis. in c. ſtatutum. in verbo, copia. de reſcript. in 6. Idem quando notorium eſt, illum non eſſe iudicem competentem, vel hoc ipſe ſcit, ſecundum gloſſ. in c. ſuper literis. verſic. niſi fortè. & ibi Panormi. extrà, de reſcriptis. habetur in c. ſi duobus, per gloſſ. in verbo, cognouerit. extrà, de appella. Idē quando exceptio, quæ opponitur contra eū, illum notat infamia: ſeu defectu poteſtatis iudicandi, vt quia dicitur excommunicatus, infamis, vel ſeruus, ſecundum Ioan. Andr. in c. pia. de except. in 6. Butr. & Panor. in dicto c. ſuper literis. Ange. in l. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ier. Bart. in l. quidam conſulebant. ff. de re iudi. quicquid contrà ſenſerit Innoc. in c. cùm ſuper. in 1. col. extrà, de offi. dele. Idem quando iudex eſt habiturus commodum ſportularum, ſecundum gloſſ. quæ dicitur ſingularis in l. de iure. ff. ad municip. Bart. & Ang. in l. quidam præal. Poſſet in hoc attendi qualitas perſonæ iudicis, & quantitas ſportularum, an ſit parua vel magna, vt cenſeatur ſuſpectus, vel non, ſecundum Butr. & Panor. in dict. c. ſuper literis. Idem quando opponitur

ponitur de dotali fundamento ſuę iuriſdictionis, vt quòd non eſt Epiſcopus vel poteſtas ſeu iudex aut dominus feudi, ſecundum Panorm. vbi ſuprà. Ange. in d.l.2. Bart. in l. ex ſententia. ff. de teſta. tutel. Innoc. in c. cæterùm. in ſecunda gloſſ. ibi alij dicunt, quòd non. & ibi Panormita. extrà, de iudi. Ideò ſi citatus opponat ſe eſſe exemptũ, iudex de hoc cognoſcere non poterit. Innoc. & Panorm. in c. venerabili. in 3. colum. extrà, de cenſi. Idem quando inter duos iudices contenditur de iuriſdictione, ſecundum Ange. & Doct. in d. l. 2. hæc ſunt ad limitationem dictæ l. 2. & l. ſi quis ex aliena. ff. de iud.

## DECISIO CCLX.

*Bona dãnatorũ.*

AVthentica bona damnatorum. C. de bonis proſcriptio. procedit in damnatis ad mortem ſeu proſcriptis, & quando bona auferuntur tacitè in conſequentiam alterius pœnæ. ſecùs ſi expreſſè & principaliter, vt in authent. de inceſt. nupt. §. 1. coll. 2. & quando fit punitio tantùm in bonis aut in parte bonorum, ſecundum Petr. Cyn. Bart. Angel. & Salic. in dicta authent. Barto. in l. prima. eodem titul.

## DECISIO CCLXI.

*Inquiſitio.*

QVando in inquiſitione ſunt illa verba, Ex mero officio, &c. non exigitur, quòd diffamatio præcedat, nec tunc tenetur iudex tradere inquiſito copiam capitulorũ inquiſitionalium ante reſponſionem eius, ſecundum Ange. in l. ſi vacantia. in 5. articulo principali. C. de bo. vacan. lib. 10. Butri. & Panorm. in c. qualiter. extrà, de accuſa. in 3. colum. Angel. Aret. in tract. malefi. ſuper verb. mero officio, in contrarium eſt text. in c. licet Heli. ibi, clamorib. excitati ex officio noſtro, &c. extrà, de ſimo.

## DECISIO CCLXII.

*Sentẽtia abſolutoria.*

SEntentia abſolutoria à iudicij obſeruatione propter libelli ineptitudinem vel actoris abſentiam magis eſt interlocutoria, quàm diffinitiua. capit. ad diſſoluendum. extrà, de ſponſa. impu. & ibi Panormit. & Bartol. in l. Titia. ff. de accuſa. ſecùs ſi abſolueretur, quia actor non probauit, ſecundum gloſſ. in c. de his. extrà, eo.

*Adde infra decis. 421.*

## DECISIO CCLXIII.

*Arbitrator.*

ARbitrator poteſt in totum alteram partium abſoluere, nullo dato vel retento, per text. cum Bartol. in l. quod ſi Epheſi. ff. de eo quod cer. loco.

## DECISIO CCLXIIII.

*Interlocutoria: quando reuocabilis.*

IVdex delegatus, qui pronunciauit, ſe non eſſe competentem, non poteſt talem interlocutoriam reuocare, per c. ſignificantibus, extrà, de offic. delega. in c. iudex. in fin. eod. tit. in ſexto. & ſecundum Bald. in l. ſi vt proponis. la prima. & l. ſi præſes deſertam. C. quomodo & quando iudex. Secùs ſi ſit ordinarius vel delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, ſecundum Angel. Domi. Cat. Sandilia. & communiter Doct. in l. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ierit. Super quo tamen diſtingue, vt per Barto. in l. quod iuſſit. ff. de re iudi. Primum dictum limita, niſi ab ipſa pronunciatione fuiſſet appellatum: quia tunc poteſt eam reuocare ipſe delegatus, cùm eius iuriſdictio à ſe non ſit abdicata, ſed per appellationem ſuſpẽſa, per c. cùm dilectus. el tertio. extrà de præben. quem ad hoc ponderãt Imo. & Panormi. in c. cum ceſſante, extrà, de appel. Bar. in d. l. 2. colum. 7.

## DECISIO CCLXV.

*Maſculinum concipit fœmininũ.*

MAſculinum non concipit fœmininum, quando in diſpoſitione fit mentio de maſculino per ſe: & demùm de fœminino per ſe: quia expreſſum facit ceſſare præſumptum. l. ſi ita. ff. de lib. & poſth. l. Clemens patronus. ff. de hære. inſti. no. Bald. in l. in multis. ff. de ſta. homi. & Do. Nicellus in l. edicto. ff. de iure fiſc.

## DECISIO CCLXVI.

*Electio in diuiſione.*

IN diuiſione maior non tenetur dare minori electionem portionis: ſed ſi ſuper optione ſit diſcordia, dirimitur per iu-

per iudicem, ſecundum Bartol. in l. 1. C. de his, qui ſe deferunt. lib. 10. In contrarium facit tex. cum glo. in verb. minor. in c. 1. extrà, de parochijs.

## DECISIO CCLXVII.

*Sentẽtia contra fiſcum.*

SEntentia lata contra fiſcum abſente aduocato fiſcali eſt nulla, ne dum in cauſa ſtatus, ſed etiam in alijs, ſecũdum gloſſ. nota. in l. fiſcus. ff. de iure fiſci.

## DECISIO CCLXVIII.

*Clericus fideiuſſor*

CLericus datus fideiuſſor coram iudice temporali, non poteſt priuilegio fori renunciare, vt poſsit coram eo conueniri, ſecundum Ange. in l. 1. ff. ſi quis in ius voc. non ierit. per c. ſi diligenti. extrà, de foro compe. & c. ſignificantibus. extrà, de offic. deleg. & allegat idem tenere Innoc. ibi. faciunt tradita per Spec. in titu. de compe. iudi. ad. §. 1. verſic. in Clericis autem. & verſi. vtrum autem Clericus.

## DECISIO CCLXIX.

*Inſtãtia.*

PEremptà inſtantia etiam cauſæ appellationis adhuc durat iudicis officium, vt poſsit illam peremptam pronunciare, & partem, cuius culpa hoc contingit, in expenſis condemnare, ſecundum Barto. & do. Sandilia. in l. properandum. §. illo. C. de iudi. Domini de Rota in nouiſ. deciſ. 101. in Rubr. de app.

## DECISIO CCLXX.

*Furtum.*

STatutum, quòd pro tribus furtis fur moriatur, non habet locum in contrectante rem vnam per tres diuerſas iuriſdictiones, vt dicatur tria furta commiſiſſe, ſecundum Bal. Ang. Fulg. & Salic. in auth. ſed nouo iure. C. de ſeruis fugi. Bald. in c. cum Eccleſia Sutrina. extrà, de cauſa poſſe. & proprie. maximè, cùm tale ſtatutum tanquam odioſum ſit ſtrictè & propriè intelligendum. c. odia. de reg. iur. Non enim in caſu præmiſſo eſt plus, quàm vna res, vnus dominus, quo inuito, res eſt contrectata, conſequenter vnum furtum, quicquid contradixerit Bart. in l. ſi dominium. ff. de fur.

## DECISIO CCLXXI.

STatutum diſponens compromitti de quæſtione, intelligitur de quæſtione facti, vel facti & iuris: non autem iuris tantùm, cùm ius ſit certum. l. ornamentorum. ff. de aur. & argen. leg. ſecundum Bald. in l. ancillæ. in 3. no. C. de fur. niſi quando quæſtio iuris eſſet dubia, propter Doct. varias opin. ſecund. Bald. in l. cùm proponas. C. de reb. cre. *Compromitti de quæſtiõe.*

## DECISIO CCLXXII.

COntrarius ſibijpſi poteſt quis eſſe, & auditur in diuerſa inſtantia, caſus reputatur ſingularis in l. penult. C. de ingenu. manu. quod eſt ad limitationem traditorum in l. 1. C. de fur. *Contrarius ſibi ipſi.*

## DECISIO CCLXXIII.

EXceptio, quæ ſtat in meris terminis exceptionis, non eſt in ſcriptis proponenda, ſecundum gloſſ. in verbo, præſtare, in l. ædiles. in §. ſciendum. ff. de ædil. edict. probatur in l. circa. ff. de probationibus. Secùs ſi habet inſtar actionis, vt exceptio non nume. pecun. l. in contractibus. §. fin. & authen. ibi poſita. C. de non numer. pecun. ſecundum Barto. in l. prima. ff. de excep. Alber. in l. 1. in princ. ff. de eden. *Exceptio*

## DECISIO CCLXXIIII.

QVæſtio nudi & meri poſſeſſorij ſuper re ſpirituali poteſt tractari & cognoſci coram iudice laico: quia non cenſetur ſpiritualis, ſecundum gloſſ. & Panormitan. in capi. literas. extrà, de iura. calum. Innoc. in c. cùm dilecti. extrà, de elect. Archidia. & Ioan. Andr. in capitul. frequens. extrà, de reſtitut. ſpolia. Secùs ſi habet annexam cauſam proprietatis, vt in quæſtione matrimoniali & beneficiali. Et tunc procedat contraria opinio Lan. Ioan. de Ligna. Io. Andr. in additio. ad Specul. in titul. de petit. & poſſ. §. 1. verſicu. quid ſi ago poſſeſſorio. & Butri. in dicto capit. literas, ſecundum Panormitan. ibi. *Poſſeſſoriũ rei ſpũritualis.*

DECI-

## DECISIO CCLXXV.

*Conſtitutum.* QVod dicitur, eum, qui nititur ex conſtituto debere probare conſtituentem poſsidere tempore conſtituti, vt dixit Ange. in l. quamuis. §. ſi cõductor. & in l. quod meo. ff. de acquire. poſſeſſ. procedit, quando agitur contra extraneum tertiũ: ſecùs ſi contra ipſum conſtituentem vel eius hæredem: nam contra eos ex conſtituto probatur poſſeſsio, ſecundum ipſum Angel. vbi ſuprà. & in l. quædam mulier. ff. de rei vendi. vbi hoc etiam tenet Bald.

## DECISIO CCLXXVI.

*Procurator falſus* SI dominus ſciat cauſam agitari per falſum procuratorem, nec contradicat ſibi, præiudicant geſta, ſecundũ Innoc. in c. ex parte Decani. extrà, de reſcript. Bald. in l. in cauſæ. §. ſed hoc ita. ff. de procura. dicit hoc ꝓcedere in procuratore actoris, per gloſ. in l. quo enim. ff. rem ratam habe. in §. 1. quæ parificat ſententiam ratihabitioni: non in procuratore rei, vt non fiat executio in dominum, ſed in procuratorem falſum, niſi in ſubſidium procuratore non exiſtente ſoluendo, per authen. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi. opor.

## DECISIO CCLXXVII.

*Abſentia intitulati* ALlegans cauſas abſentiæ intitulati ad eum excuſandum, quia non compareat, admittitur etiam ſine mandato vel ſatiſdatione, ſecundum gloſſ. quæ dicitur ſingularis in l. in eo. §. primo. ff. de regu. iuris. Angel. & dominus Sandilia. in l. ſeruum quoque. in §. publicæ. ff. de procura. Innocẽ. in c. veniens. extrà, de accuſatio. niſi ſecundum eos allegaret cauſas abſentiæ iuris, vt quòd locus non eſt tutus intitulato, vel iudex non eſt competens. Ignoratur enim, an intitulatus talibus exceptionibus vti velit, ideò ſine mandato non admittitur.

## DECISIO CCLXXVIII.

*Mandatum procuratoris* MAndatum procuratoris, pro quo etiam ignorante principalis promiſit de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo, vt fit communiter in inſtrumẽtis mandatorum, non expirat morte mandantis, etiam ante litem conteſta. per l. ſi defunctus. ff. de procura. & ſecũdum gloſſ. in verb. cogi. ibi. Idem ſi pro abſente. in Clemen. 1. de procura. & ibi Do. Cardi. in 18. quæſt. Angel. Bal. & do. Sandilia. in dicta l. ſi defunctus. do. Alexand. in l. nulla. C. eodem titul. vbi poſt Bald. tradit formam ſententiæ in tali caſu. Panorm. in c. mandato. extrà, de procura. Baldechi. in verbo, procurator reuocatur.

## DECISIO CCLXXIX.

QVando vna cauſa eſt ſummaria, alia plenaria, non eſt locus reconuentioni, quo ad effectum ſimultanei proceſſus, ſecundum Innoc. & communiter Cano. in c. 1. de mu. peti. legiſtas in authent. & conſequenter. C. de ſenten. Ange. in d. l. ſed & hæ. §. non ſolùm. ff. de procura. Et quo ad effectum ſimultanei proceſſus debet reconuentio fieri ante litem conteſta. ſecundum eos. Secùs quo ad effectum prorogationis iudicis: quia vſque ad ſententiam fieri poteſt reconuentio coram eo. c. diſpendia. §. reus quoque. & ibi Ioan. Andre. de reſcript. in 6. & d. c. 1. *Reconuentio.*

## DECISIO CCLXXX.

IN accuſatione vel inquiſitione debet exprimi dies delicti, ſi reus hoc petat, vt poſsit ſe defendere, & accuſantem vel teſtes de falſo redarguere, probando ea die ſe fuiſſe abſentem ab illo loco, vel infirmum, & ſimilia, ſecundum Bar. & Bald. in l. 1. §. editiones. ff. de eden. per illum text. Bart. in l. libellorum. & in l. is qui reus. ff. de publi. iudi. *Dies delicti.*

## DECISIO CCLXXXI.

IVdex, qui ſibi reſeruauit taxationem expen. non poterit damna taxare, licet fuerit in libello petita: quia expenſarum nomine non continentur damna. c. in noſtra. extrà, de iniur. ſecundũ Bal. in l. terminato. C. de fru. & lit. expen. *Damnorum taxatio.*

DECI-

## DECISIO CCLXXXII.

*Probatio ficta.* FIcta probatio, puta, quia poſitiones ſunt habitæ pro confeſsis, perit inſtantia cauſæ perempta, nec proderit alia inſtantia, ſecundum Bald. & dominum Sandilia. in l. 2. C. de eden. per l. 3. C. de fide inſtru. iuncta l. 2. in §. diui. ff. de iure fiſci. quod eſt ad limitationem traditorum, in dict. l. 2. in l. cum lite. ff. iudi. ſol.

## DECISIO CCLXXXIII.

*Iuramẽti delatio.* IVramentum ſuppletiuum non debet deferri ei, qui non admitteretur in teſtem: quia iurans autoritate legis eſt tanquam teſtis in cauſa propria. l. fin. C. de fideicommiſ. l. Theopompus. ff. de dote præle. quia in hoc inſpici debet cõditio perſonæ, ſecundum Cy. in l. in bonæ fidei. 7. q. C. de rebus credi. Bartol. & D. Alex. in l. admonendi. circa fin. ff. de iureiurand. Bald. in l. qui accuſare. C. de eden.

## DECISIO CCLXXXIIII.

*Iuramentum damnum paſſi* COntra iudicem, qui tulit ſententiam iniquam doloſè, ſtatur iuramento damnum paſsi de ſuis damnis & intereſſe inde ſupportatis, ſecundum Innocen. in c. fi. extrà, quod metus cauſa. facit quod vult Barto. in l. quidam tabularum. ff. de fur.

## DECISIO CCLXXXV.

*Libellus ciuilis ſuper delicto.* IN libello ciuili ciuiliter oblato ſuper delicto infamante, debet apponi locus & tempus, ſecundum Bart. in l. prætor, in prin. ff. de iniur. Secùs ſi non infamet ad hoc. l. item exigit. ff. de dolo.

## DECISIO CCLXXXVI.

*Accuſatio mutata.* IN criminali cauſa non licet accuſanti, etiam ante lit. conteſta. mutare accuſa. quia deſiſtẽs incurrit pœnam Turpilia. pariter & mutans. l. 1. §. 1. ff. ad Turpilia. ſecundum Bart. in l. edita. in 5. colum. C. de eden.

## DECISIO CCLXXXVII.

*Actionũ cumulatio.* CVmulatio diuerſarum actionum ex eadem tamen cauſa deſcendentium & ad diuerſa competentium non admittitur, ſecundum communem ſententiam Doct. in l. edita. C. de edendo. & Cyn. in l. prima. C. quando ciuilis actio præiudi. l. interdum. ff. de public. iudi. l. 2. §. 1. ff. vi bo. rap. Licet Fulgoſ. in d. l. edita, teneat contrarium, per l. poſt deciſionem. & l. eos. C. de furtis. Ad quę iura reſpondent Doct. ibidem, quòd intelliguntur in diuerſis inſtantijs, & diuerſo tempore, non ſimul, & in eadem inſtantia.

## DECISIO CCLXXXVIII.

QVòd dicitur defenſorem alienæ litis non admitti, niſi ſatiſdet, intelligi debet, ſi petatur, aliàs ſi obmittatur, tenet iudicium, & excluditur talis exceptio lite conteſt. l. ita demùm. C. de procura. niſi interueniret defenſor poſt litem conteſt. vt per gloſſ. in l. 2. C. de conſor. eiuſ. lit. Ita notabiliter Ang. in l. qui proprio. §. qui alium. ff. de procura. dicens, idem tenere Iaco. Butr. ibi, & ita fuiſſe iudicatum Bononiæ in cauſa per Regem Hiſpaniæ tranſmiſſa. *Defenſor alienæ litis.*

## DECISIO CCLXXXIX.

PEtitio & ſolutio partis debiti pro virili ſimpliciter ab vno ex pluribus reis debendi facta, non expreſſo, quod petebatur & ſoluebatur pro virili, non inducit tacitam debiti diuiſionem, ſecundum Oldrad. Bald. do. Sandilia. & cõmuniter Doct. in l. ſi creditores. C. de pac. per l. cùm de indebito. ff. de proba. l. ſi ex toto. §. 1. verſ. quid ergo. cum glo. in verbo, alterutro. ff. de leg. 1. Contrarium tenuit Cy. in d. l. ſi creditores, quaſi ſimpliciter petens virilem, ac ſoluens facto declaret ſuam voluntatem. l. de quibus. ff. de legi. *Solutio partis debiti.*

## DECISIO CCXC.

DE ſtricto iure tam Ciuili quàm Canonico in foro contentioſo ex pacto nudo regulariter non datur actio, ſecundum Barto. & communiter Legiſtas in l. iuriſgentium. §. ſed cum nulla. ff. de pact. in l. lecta. ff. ſi cert. peta. Anch. & Bar- *Pactum nudum.*

& Bartholomæum de ſal. in l. legem. C. de pact. Innoc. & Panor. in c. nouit. extrà, de iudi. Calder. in c. 1. extrà, de pactis, quicquid contrà ſenſerint Panor. & aliqui Cano. in d. c. 1. q̃d c. non obſtat, & ſi dicat, pacta ibi ſeruari: quia nõ ſeqtur, quòd ex hoc detur actio ex pacto nudo, cùm poſsint ſeruari per viam exceptionis. Et quia probabiliter dici poſſet, illa pacta fuiſſe veſtita cohærentia contractus & concluſionis pacis, cui fuerunt adiecta, quod videtur ſentire gloſ. 1. ibi, in princip. Quòd autem dicitur non eſſe differentiam inter loquelam ſimplicem & iuramentum, procedit in foro conſcientiæ, non in contentioſo, ſecundum Doct. tenẽtes primam opinionem, quam vix admitterẽt Cano. in foro ſuo.

## DECISIO CCXCI.

*Exceptio ex pacto.* EXceptionum prouenientium ex pacto incontinenti appoſito contractui, poteſt iudex habere rationem, licet non opponantur per partem, cùm tale pactum ſit pars contractus. l. fundi partem. ff. de contrahen. empt. ſecundum Bart. in l. lecta. ff. ſi cert. petat. in l. eum qui ita. ff. de verb. obli. Inno. in c. paſtoralis. extrà, de except. in c. 1. de plus pet. Bald. in l. bonæ fidei. C. de pact.

## DECISIO CCXCII.

*L. ſi quã-do. C. vn-de vi.* LEx, ſi quando. C. vnde vi. procedit etiam in vi turbatiua & compulſiua. cap. fin. extrà, de his, quæ vi metúſue cauſa fiunt, ſecundum Innoc. & Panor. ibi: nam ille text. loquitur generaliter de violentia. Bartolus autem in l. quidam tabularum. ff. de furtis. in l. in actionibus. ff. de in litem iuran. Innocen. & Panor. vbi ſuprà. & Roffre. in Rubri. de actio. & ſer. cor. in fi. extendunt dictam l. ſi quando vt contra quemcunque doloſè damnum dantem ſtetur iuramento damnum paſsi ſuper rebus ablatis, & damno, vel eius æſtimatione, cum taxatione tamen iudicis.

## DECISIO CCXCIII.

*Libellus generalis* PRocedit libellus iſte: Peto omnia prædia, quæ poſsides in tali villa vel caſtro, ſecundum Ange. & Fulg. in l. 1. in princ. ff. de eden. Spec. in tit. de actio. & peti. §. ſequitur. verſic. ſed quid ſi peto. dum tamen ſecundum ipſum Fulgo. omnia petita eadem obligatione & actione debeantur, ſecùs ſi diuerſis. l. ſcire debemus. ff. de verbo. obliga. Nam tunc omnia prædia ſeu res debent exprimi, & numerari. Procedit etiam iſte libellus, peto caſtrum cum ſuis pertinentijs, licet aliter pertinentię non exprimantur, ſecundum Innoc. in c. cùm ad ſedem. de reſti. ſpoli. & Angel. in dicta l. 1. ſecùs ſi cum ſuis poſſeſsionibus, quia reus poterit me cogere deſignare per confines.

## DECISIO CCXCIIII.

*Libellus incertus.* LIbellus incertus & generalis admittitur, ſi non opponatur. l. fina. C. de annali exceptio. & etiamſi opponitur, quando incertitudo prouenit facto conuenti nolentis actorem certificari. l. prima. §. quod autem. ff. quorum leg. l. 1. §. fin. ff. ſi pars hæred. pet. Item quando actor aliunde eſt incertus, & iurat ſe neſcire vel poſſe aliter certificare vel deſignare, ſecundum gloſſ. in l. prima. §. ſi quis argumentum. ff. depoſi. Innoc. Ioan. Andr. & Panormitan. in cap. primo. de libell. oblat. Innoc. in cap. conſtitutus. extrà, de in integrum reſtit. in gloſſ. magna. ibi, nos dicimus. Bartol. in l. vbi autem. §. qui illud. ff. de verborum obligat. Niſi ſecundum eos eſſet tanta incertitudo, quòd reus non poſſet ſcire, quid petatur: quia tunc non tenetur reſpondere, licet actor iuret, vt ſuprà.

## DECISIO CCXCV.

*Libellus in poſſeſſorio.* LIcet in libello oblato in petitorio teneatur actor probare cauſam debiti petiti, ſeu titulum rei petitæ, aliàs ſuccumbit, non tamen in poſſeſſorio. Puta, ſi quis dicat ſe ſpoliatum vel turbatum re ſua, vel annuo redditu ſibi debito, quia ſufficiet probare ſpoliationem vel turbationem, licet non probetur illa res mea, vel redditus ille mihi debitus, ſecundum Inn. in c. querelam. ad fin. extrà, de electio. Panorm. ibidem. 5. col. & Ange. in l. 1. ff. de eden. domi. de

Rota in nouiſ. deciſi. 280. in Rubric. de reſtitu. ſpol.

## DECISIO CCXCVI.

*Libellus ſuper reſtitutiõe.*

LIbellus, in quo actor dicit rem, quã ſibi reſtitui petit, ad ſe pertinuiſſe iure dominij, vel quaſi, procedit de iure, ſecundum Specul. in titul. de action. & petitio. §. ſequitur. verſicul. quid ſi ago contra te. & ibi Ioan. Andre. in additio. Butri. in capitu. ſecundo. de libel. oblat. Fulgo. in l. prima. in princip. ff. de eden. Domini de Rota deciſ. 328. quia ſufficit libellum concludere præſumptiuè. l. omnes. §. Lucius. ff. de his, quæ in fraud. creditorum. Et quia ad ſuſtinendum libellum verba libelli poſſunt impropriari. l. ſed ſi poſſeſſori. §. ſi iurauero. ff. de iureiurando. quod procedit, maximè quando in concluſione petit ſe declarari dominum: quia attenditur concluſio, non narratio. capi. ex parte. & ibi Butrius & Panormitanus. extrà, de foro competenti. Bartolus in l. qui ſtipendia. C. de procurato. licet contrariam opinionem tenuerit Bartolus in l. certum. §. 1. ff. de confeſſ. & Angelus in d. l. 1. per gloſſ. in d. §. 1.

## DECISIO CCXCVII.

*Inſtrumẽti exhibitio. Adde ſuprà deciſ. 189.*

INſtrumentum, de quo fit mentio in libello relatiuè ſeu limitatiuè, eſt reo exhibendum, antequam reſpondeat, ſicut libellus, ſi eſt penes actorem, de quo ſtabitur eius iuramento, ſecundum Innocent. in capitul. primo. de probatio. Specul. de inſtrument. edit. §. nunc dicamus. verſicul. quid ſi quis. Domini de Rota deciſion. 36. in nouiſ. Secùs ſi aſſertiuè, puta, Titius vendidit mihi fundum, & de hoc apparet per inſtrumentum receptum per talem: quia tunc non eſt reo exhibendum ante litem conteſtatam, ſecundum Bartolum, Baldum, & communiter Doctores in l. edita. C. de eden. niſi de tali inſtrumento, reus veriſimiliter non eſſet informatus, ſecundum Panormitanum in dicto capitulo primo, ſexta columna. ibi, ego putarem.

## DECISIO CCXCVIII.

*Libellus ad compellendũ.*

PRocedit libellus petentis compelli, licet non dicat condemnari, per c. olim cauſam. & ibi not. Panormi. extrà, de cenſi. vbi actor tantùm petijt reum cogi. & tamen Papa illum condemnauit, & ſecundum Fulgo. Imol. & Cu. in l. in ſumma. ff. de re iudic. Beſucium in l. ſi cum nulla. ff. eod. nam qui vult ſubſequens, videtur velle omne neceſſarium antecedens. l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de procur. & quia valet ſententia: Iubeo te ſoluere, quaſi ex hoc videatur condemnare. d. l. in ſumma. Et inter libellum & ſententiam debet eſſe cõformitas. l. vt fundus. ff. communi diui. c. licet Heli. de ſimo. Contrariam opinionem tenuerunt Barto. & Bal. in l. 1. C. de execu. rei iudi. Ang. Are. Inſtitut. de actio. §. primo. Prima opin. ſine dubio procedit, quando in fine libelli eſſet illa clauſula, Super quibus omnibus & ſingulis peto iuſtitiam miniſtrari omni meliori modo, via, iure, &c. ſecùndum Imo. in d. l. ſi cum nulla, nam talis clauſula ampliat concluſionem libelli ad narrata, ſuper quibus non eſt concluſum, ſecundum Calderi. Butrig. & Panorm. in c. cùm dilectus. extrà, de ordi. cogni. Procedit etiam libellus, ſi petiſſet cogi antè condemnari, ſecundum Bartolum in l. 2. §. prius. ff. de vulg. & pupil.

## DECISIO CCXCIX.

*Libelli incertitudo*

ACcuſo & denuncio, talis libellus de iure ſuſtinetur, & proceſſus ſuper eo formatus, etiamſi prædictorum alterũ per ſe admitti nõ debuiſſet: quia ineptitudo in parte libelli non vitiat totum libellum, aliàs aptum c. ad diſſoluendum. extrà, de deſponſatio. impube. & ibi Hoſtien. & Ioan. Andr. Et ideò libellus continens plures modos agendi ad idem, non eſt indiuiduus & vitioſus in parte, non caſſatur in totum, ſecundum Butrig. & Panormitanum, ibi. Ideò vtilis eſt illa clauſula: Super quibus omnibus & ſingulis peto iuſtitiam miniſtrari, omni meliori modo, iure, &c.

## DECISIO CCC.

*Sentẽtia ex cauſis mixtis.*

SI in ſententia exprimantur plures cauſæ, quarum aliquæ ſint falſæ, aliquæ veræ, non vitiatur ſententia propter cauſas falſas, ſed ſuſtinetur propter veras, ſecundum Innocentium, Ioan. Andre. & Panormitanum, in c. in præſentia. extrà, de renunciatio. eundem Panormitanum in c. cùm inter. in 2. columna, in penultimo notabili. extrà, de re iudicata. Imolam in l. ſi plagij. ff. de verborum obligatio. facit l. ſi ex falſis. C. de tranſaction. Idem ſi omnes cauſæ expreſſæ eſſent falſæ, ſed iudex dixiſſet his & alijs cauſis, &c. vel eſſet vſus verbis, præſertim, præcipuè, vel alijs includentibus alias cauſas, quàm expreſſas, dummodò ex proceſſu poſſit apparere de aliqua legitima cauſa, aliàs ſecùs, cùm iudex non poſſit moueri, niſi ex cauſis contentis in proceſſu. l. illicitas. in §. veritas. ff. de offic. præſid. ſecundum Panormitanum, vbi ſuprà, & eſt de mente Bald. in repetitione. l. quid ergo. & in §. pœna grauior. ff. de his, qui notantur infamia. in decima columna. in l. prima. C. de condictione indebiti. Felinus tamen in c. ſicut, extrà, de re iudica. tenet tunc ſententiam valere, licet ex actis non appareat de legitima cauſa, quod improbant Roma. in l. ſi is ad quem. ff. de acquirenda hæreditate. Butrig. in dicto cap. in præſentia, & dominus Præpoſitus in cap. dilecto. columna octaua. extrà, de appella.

# DECISIONVM CENTVRIA QVARTA.

## DECISIO CCCI.

*Litis conteſtatio.*

LItis conteſtatio inducitur ſiue negetur ius, ſiue factũ, ſecundum Innoc. in c. 1. de lit. conteſt. Specul. eodem tit. in 2. parte. §. primo. verſic. quid ſi obmiſſa. & ſequen. ſed non per reſponſionem ad poſitiones. d. c. 1. & ſecundum gloſſ. magnam, circa fin. cum Bart. in l. 1. C. eo. ſecùs per reſpõſionem datam per verbũ, credit, vel non credit, aut neſcit ad libellum actoris, per c. cùm ad ſedem. vbi etiam gloſ. & Panorm. extrà, de reſti. ſpol. & Bald. in d. c. 1.

## DECISIO CCCII.

*Inquiſitio ſpecialis.*

IN inquiſitione ſpeciali debet apponi locus & tempus, ſicut in accuſatione, ſecundum Bartol. in l. 2. §. ſi publico. ff. de adul. Iacob. Butri. Inſtitu. de actio. in princip. Bald. in l. is apud quem. C. de eden. licet gloſſ. inſtit. de publi. iud. videatur tenere contrarium. & Innoc. in c. præcipimus, de purga. Cano. ibi, alij dicunt, ſed ſecundum ipſum Iacob. Butrig. glo. prædicta procedere poteſt, quo ad inſcriptionem ad pœnam talionis, vt in inquiſitione non ſit neceſſaria: dictũ autem Innoc. in generali inquiſitione, quo ad delicta, licet ſpeciali, quo ad perſonam, & tendente ad remouẽdum aliquem, non ad puniendum criminaliter, ſecundum Bar. vbi ſuprà. pro prima opi. eſt l. prætor. in princ. ff. de iniur. Quæ opinio poſſet limitari, niſi facto & culpa inquiſiti locus eſſet incertus & tempus incertum, vt tunc procedat inquiſitio, licet vnum de prædictis non apponeretur, ſecundum Bald. in l. presbyteri. la 1. C. de Epiſco. & Cleri. per l. 1. §. quod autem. ff. quorum leg. Et iudex procedẽs per inquiſitionem poteſt poſt reſponſionem proceſſum reformare. c. qualiter & quando. el 2. extrà, de accuſa.

## DECISIO CCCIII.

*Denũciator teſtis.*

IN cauſa inquiſitionis contra aliquem ex iudicis officio de certo delicto admittitur in teſtem denunciator, & eius domeſtici, per c. licet Heli. extrà, de accuſa. vult Bart. in l. diuus. ff. de cuſto. & exhi. reo, quod videtur reſtringere gloſſa, & Panormitan. in capitul. in omni. extrà,

extrà, de teſtib. vt procedat, quãtum ad denunciationem ad correctionem peccati.

DECISIO CCCIIII.

*Infamis.* PRobato delicto infamante per teſtes, non eſt ille, contra quem probatum eſt, infamis iuris infamia, niſi accedat confeſsio eius, vel ſententia, ſecundum glo. communiter approbatam in l. ſed ſi poſſeſſori. §. ſi cùm de hæreditate. ff. de iureiur.

DECISIO CCCV.

*Fideiuſſio* FIdeiuſſor docens de ſolutione per inſtrumentum confeſsionis creditoris tantùm, non poteſt agere contra debitorem principalem: quia debet de reali ſolutione conſtare, ſecundum glo. cum Bartol. in l. duob. ff. de iureiurand. Cyn. in l. ſi quando. C. vnde vi.

DECISIO CCCVI.

*Citatio ſine die.* CItatio ſine die non valet, quantum ad hoc, vt ad vlteriora procedi poſſit in cauſa. ita procedat opin. Cyn. in l. fin. C. de fer. Bart. in l. liber homo. §. decem. ff. de verborum oblig. & quod habetur in l. aut qui aliter. ff. quod vi aut clàm. Sed quãtum ad hoc, vt iudex poſſit citatum mulctare, ſi non compareat, poteſt valere, cùm teneatur comparere quamprimùm poteſt. c. eos. in fi. de ſen. excom. in 6. & ita procedat opin. Spec. tenentis citationem valere ſine die, in titu. de citatio. §. ſequitur. verſic. quid ſi non præfixerit. Innoc. in c. cùm in tua. extrà, qui ma. ac. poſ. qui dicit, quòd talis citatio intelligitur ad modicum tempus. Bald. in l. hæc conditio. ff. de condi. & demonſtr. ſecundum Angel. Cu. & Imol. in d. §. decem.

DECISIO CCCVII.

*Iudicium cũ minore.* IVdicium cum filiofamil. minore non firmatur autoritate patris tãtùm, niſi etiam interueniat curator ad litẽ, quando agitur de re, in qua nil poteſt ad patrem pertinere, etiam quo ad vſumfructum, ſecundum Barto. in l. fin. §. pupillus. ff. de verborum oblig. Spec. in titu. de actore. §. 1. facit l. clarum. C. de auto. præſtan. l. in vniuerſis. C. qui da. tu. ſi tamen ſententia feratur pro minore, valet ſine curatore. l. non ideò minus. C. de procura.

DECISIO CCCVIII.

*Geſta minoris.* GEſta per minorẽ ſine curatore coram arbitro & ſententia contra eũ valent, & ſi poſsit reſtitutionem in integrum petere, per caſum, iuncta gloſſ. in l. 3. in princip. ff. de arbit.

DECISIO CCCIX.

*Actio ex mutuo.* AGens ex numeratione ex cauſa mutui, & probans tantùm de confeſsione mutui, ſuccumbit, ſecundum Bartol. in l. ſi ex cautione. C. de non nu. pecu. in l. certi condictio. §. ſi nummos. ff. ſi certum petatur. Spec. in tit. de teſt. §. 1. verſic. ſed pone egi contrà. Quod facit: quia probando confeſsionem præſumptiuè, probat numerationem contra confitentem. ff. depoſi. l. Publia. in fi. & tunc confeſsio adducitur ad probationem numerationis, & facit eam præſumi, vt vult ipſe Bart. in l. cum falſa. C. de iuris & fac. igno. & ſufficit probationem concludere pręſumptiuè. l. omnes. §. Lucius. ff. de his, quæ in frau. cre. & ſecundum eum in l. cùm quid. ff. ſi certum petat. Et opin. Bartol. poſſet procedere ante biennium, & quo ad præiudicium tertij. Secùs poſt biennium, & ad præiudicium confitentis, ſecundum Imol. in l. ita ſtipulatus. §. Griſogonus. ff. de verborum oblig. Si autem agat ex mutuo probando de confeſsione debet obtinere, quia libellus de mutuo verificatur in mutuo ciuili, quod inducitur ex confeſsione, ſecundum Bartolum in dicto §. ſi nummos.

DECISIO CCCX.

*Prodigus* NOtoriè prodigo non intelligitur interdicta adminiſtratio ſine facto iudicis, ſecundum gloſſ. Barto. Bald. Ang. & Imol. in l. is cui bonis. ff. de verborum

borum oblig. licet glo. in l. is cui lega. ff. de teſta. & ibi Pet. tenuerit contrarium. Nec ſecundum præfatos Docto. ſufficit fieri proclama parte iudicis, ne quis contrahat cum tali, vt dicatur facta interdictio à iudice, cùm exigatur cauſæ cognitio. l. interlocutio. & l. præſes. C. commi. vel epiſtolas.

## DECISIO CCCXI.

*Interdictio vt prodigo.*

INterdictio iudicis facta alicui, vt prodigo, cùm tamen non ſit, valet ita, vt prohibeatur cum eo contrahi, ſecũdum gloſſ. in l. ſi ab eo. ff. de vſucap. in l. Seiæ. ff. de tut. & cura. da. ab his. in §. item prodigus. Inſtitu. qui. non eſt per. fac. teſt. Dyn. & Bart. in l. is cui bonis. de verborum oblig. Bal. in l. prima. ff. de cura. furio. Licet gloſſ. contrarium tenuerit in l. ſi putas. C. de pet. hære. in l. 2. C. quando prouo. non eſt neceſſ. quam ſequuntur Petr. Iacob. de Aret. Ange. & Imo. in d. l. is cui. Quod procedere poſſet, quando in decretione curatoris eſſet expreſſus error, aliàs procedat prima opinio, ſecundum Dyn. vbi ſuprà.

## DECISIO CCCXII.

*Expenſæ ex promiſſione.*

QVando expenſæ petuntur ex promiſsione, iuſta cauſa litigandi ab eis non excuſat, ſecundum gloſſ. quæ dicitur ſingularis. in §. oportet. in authen. de iudic. niſi conuentus in principali abſolueretur, ſecundum Bald. in l. terminato. C. de fruc. & lit. expen. in 2. col. quod eſt no. cùm in inſtrumentis communiter promittatur expen. reficere cum damnis & intereſſe.

## DECISIO CCCXIII.

*Renũciatio in ferys.*

FErijs ob neceſsitates hominum poſſunt partes renunciare ab initio, nõ poſt actum factum tali tempore, vt conualidetur, ſecundum Baldum in l. cùm antea. C. de arbi. Domi Præpoſit. in cap. dilecto. extrà, de appell. colum. penult. Poſſet tamen actus tunc valere in vim pacti, per l. 2. C. communia. vtriuſque iudi.

## DECISIO CCCXIIII.

*Confeſſio*

COnfeſsio facta in vno iudicio probat etiam in alio, licet ad diuerſam finem intentato inter eaſdem perſonas, ſecundum Innoc. & Panormit. in c. per inquiſitionem. extrà, de elect. Ioan. Andre. in c. 2. de ordi. cogni. Doct. cõmuniter in l. 2. C. de eden.

## DECISIO CCCXV.

*Actio furti.*

EX proceſſu inquiſitionali ex officio probatur, quòd priuata perſona de furto vel alio damno dato, quod in ipſo proceſſu continetur, & ſic fur, qui in tali proceſſu confeſſus eſt furtum, cogetur ſine alio proceſſu ad reſtitutionẽ rei furtiuæ parti. l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. per quem text. Bartol. & Doct. ibi dicunt, poſſe coram iudice criminalium peti aliquem criminaliter puniri, & etiam condemnari ad rei reſtitutionem, vel emendationẽ damni. Idem Bald. in l. 2. C. de eden. facit l. quoties. C. de iudi.

## DECISIO CCCXVI.

*Alternatiua locorum.*

ALternatiua locorum actori electionem tribuit, vbi reum conueniat in altero ipſorum locorum, non reo, vbi velit conueniri, per text. qui dicitur ſingularis in l. 3. §. proinde. ff. de eo, quod cer. lo. & eſt ad limitationem l. plerunque. ff. de iure dot. & iurium dicentium, quòd in alternatiuis electio eſt debitoris.

## DECISIO CCCXVII.

*Impedimentum.*

IMpedimentum iuramento impediti probatur, quando eſt perſona honeſta, nec poteſt aliter de facili probari. Ita intelligitur l. quoties. C. de naufra. c. quia propter. extrà, de elect. ſecund. Cano. ibi, & Bald. in l. 1. C. de dila. Ange. in l. fin. ff. de fer. ad hoc. l. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de excu. tuto. Secùs ſi de facili poſſet probari, quo caſu procedat opin. Azo. in ſumma tit. de dila.

## DECISIO CCCXVIII.

*Nullitas proceſſus.*

QVando iudex per inquiſitionem procedit in caſu à iure vel ſtatuto

non

non permiſſo, poteſt reus quandocunque allegare nullitaté proceſſus & ſententiæ: quia cùm iudex tunc non poſsit ſupplere vices accuſatoris, deficit vna ex perſonis ſubſtantialibus iudiciorum, ſecundum Iacob. Butrig. & Bald. in l. licet. C. de procu. eundem Bal. in l. 2. ff. ſi quis in ius voc. non ier. in l. fi. C. de excep. in l. 1. §. ſublata. in 2. colum. ff. ad Trebell. Feli. in c. inter monaſterium. 7. colum. extrà, de re iudi.

## DECISIO CCCXIX.

*Tempus appellandi minori*

TEmpus appellandi currit minori, ſi fuit defenſus, & tutor eius vel curator interfuit ſententiæ, & ita ſecundum Barto. in l. fin. C. ſi aduer. rem iudica. procedit gloſſ. ibi. & in §. pupillis. in authen. de hæredi. & falcid. quæ allegat caſum de hoc in §. 1. in authen. de appel. & intra quæ tempora. Secùs ſi fuit indefenſus, & tunc procedit opino Iac. But. qui tenuit tempus ipſo iure non currere, per l. fin. C. in quib. cauſ. in integrum reſtitu. non eſt neceſſa. Habebit tamen primo caſu remedium reſtitutionis in integrum ad totam cauſam, ſeu ad appellandum, ſecundum Doct. in d. l. fina. C. ſi aduer. rem iudic.

## DECISIO CCCXX.

*Iuramēti ꝓhibitio.*

LEx, princeps vel ſtatutũ poteſt prohibere, quòd non iuretur ſuper cõtractibus, ſecundum communiter Cano. in c. cum. C. laicus. de foro compet. libr. 6. Bald. in l. non dubium. in fine. C. de legi. per illum text. dominus Sandili. in l. fin. ff. qui ſatiſd. cog.

## DECISIO CCCXXI.

*Contractus Principis.*

PRinceps tenetur ad obſeruantiam contractus ſeu conuentionis initæ cum ſubditis, ſecundum Guido. de Suſa. Cyn. & communiter Doct. in l. digna vox. C. de legibus. Albericus in l. Princeps. ff. eodem. Vnde cùm priuilegium à Principe conceſſum data aliqua pecunia, tranſeat in vim contractus, non poterit de iure illud reuocare vel rumpere, ſecundum Baldum in l. qui ſe patris. C. vnde lib. colum. penultima. Barto. in l. quod ſemel. ff. de decre. ab ord. fa. Panorm. in capit. nouit. decima columna. extrà, de iudi.

## DECISIO CCCXXII.

*Cauſa delegata.*

SI Princeps in ſuo reſcripto dicat ſimpliciter: Delegamus tibi talem cauſam, intelligitur mãdaſſe cognitionem & deciſionem. Secùs ſi dicat: Delegamus tibi talem cauſam cognoſcendam: quia tunc tantùm cognitionem mandaſſe videtur, ſecundum Barto. & communiter Doct. in l. 1. C. ſi contra ius vel vtil. public. vel per mendacium fue. ali. poſthum. vel impe.

## DECISIO CCCXXIII.

*Citatio voluntaria.*

CItatio voluntaria reſpectu citati, puta, ſi ſua putauerit intereſſe, valet etiam quo ad clericũ, & alias perſonas non ſubiectas iudici citanti, ſecundum Iaco. Butri. Bald. & Paul. de Caſtr. in l. teſtamenta omnia. C. de teſtam. per illum text. & l. conſulta. & l. repetita. ibi, in gloſſ. allegatas. Bald. in l. præſcriptione. C. ſi contra ius vel vtil. public. Felin. in c. cùm inter. colum. 8. extrà, de except. ſentit Innoc. in cap. dilecti. eod. titul.

## DECISIO CCCXXIIII.

*Exceptio iterata.*

EXceptio ſemel oppoſita ad vnum finem, & tũc repulſa, poteſt iterari ad alium finem in negotio principali, ſecundum Petr. & Bal. in l. præſcriptione. C. ſi contra ius vel vtil. public. per l. vendicantem. in fine, cum l. ſequen. ff. de euictio. Cyn. in l. peremptorias. C. ſententiam reſcin. non poſſe.

## DECISIO CCCXXV.

*Poſſeſſionis aſſignatio.*

EXecutor merus nõ poteſt aſsignare poſſeſsionem impetranti velo leuato & ſine partis citatione, ſecũdum Innoc. in ſua gloſſ. in verbo, per portarium, in c. cùm olim. extrà, de priuileg. fa-

cit l. meminerint. C. vnde vi. & quod vult Bartol. in repeti. l. 3. C. de pigno.

## DECISIO CCCXXVI.

*Exceptio nullitatis*

EXceptio nullitatis propriè non eſt exceptio, ideò terminus præfixus à iudice vel ſtatuto ad exceptiones proponendum, non impedit, quin nullitatis exceptiones poſsint poſt terminum opponi, ſecundum Bald. in l. 1. C. de iur. & fact. ignor. colum. 4. Domi. Præpoſit. in c. dilecto. col. 39. extrà, de appel.

## DECISIO CCCXXVII.

*Plures rei debendi.*

SI plures, qui tenebantur & ſunt conuenti inſolidum, fuerint ſimpliciter condemnati ad vnam quantitatem, licet ſententia diuidat ſummam, poterit tamen eorum quilibet inſolidũ prima actione, quæ durat, conueniri, ſecundum cõmunem opinionem Docto. in l. 1. C. de iudi. licet contrarium ibi tenuerit Fulg. ſubtilibus motiuis, cuius opin. ſecundum Doct. ibi procedere poſſet, quando actor plures condemnari petijſſet, non adiecta dictione inſolidum.

## DECISIO CCCXXVIII.

*Subdelegatio cauſæ.*

DElegatus ordinarij cauſam ſubdelegare nõ poteſt, etiam lite coram eo conteſtata, ꝑ text. cum gl. communiter approbata in c. cùm cauſam. extrà, de appell. tenent communiter Doct. in l. à iudice. C. de iudi. quicquid contrà ſenſerit gloſſ. in verbo, lex. ad fin. in l. & quia. ff. de iuriſdict. omnium iudic. in l. legatus. in vna ſua ſolutione. ff. de offic. proconſul.

## DECISIO CCCXXIX.

*Iudices duo inquirentes.*

QVando duo iudices formarũt proceſſum inquiſitionalẽ contra aliquem, ille præfertur, qui præuenit in procedendo. ff. de iudic. l. ſi quis poſtea. Quando autem vterque eodem tempore incepit procedere, reus eligere poterit quem velit, & alteri opponere non exceptionẽ præoccupationis, ſed quòd coram altero cauſa pendet, coram quo petet ſe remitti, ſecundum Bald. & Sandilia. in l. nulli. C. de iudi.

## DECISIO CCCXXX.

*Proceſſus inquiſitionalis.*

INſtantia proceſſus inqſitionalis finitur biennio de iure Communi, ſecundum Bald. & quendam dominum Bertolocium de Capua ad dominum Alex. in l. properandum. in princip. C. de iud. Panormitan. in c. penult. in vltima additione. extrà, eo.

## DECISIO CCCXXXI.

*Sententia perempta inſtãtia.*

PErempta inſtantia cauſę, adhuc poterit iudex ſententiam ferre ſuper iudiciali rei confeſsione, quaſi ſuper notorio, in quo obmittitur iuris ordo, vt in c. Rom. in fi. extrà, de appel. ſecundum Bal. notabiliter in l. properandum. in princip. C. de iudic.

## DECISIO CCCXXXII.

*Actionis tempus.*

INſtantia perempta actio per lit. conteſtationem perpetuata durat quadraginta annos, ſecundum gloſſ. communiter approbatam in l. properãdum. §. ſi quidem. in verbo, iudicij. C. de iudi. licet gloſſ. in l. 1. C. de longi tempo. præſcript. quæ communiter reprobatur, tenuerit contrarium.

*Text. eſt in l. fi. C. de præſc. triginta vel quadraginta annorũ.*

## DECISIO CCCXXXIII.

*Cõtumacia ex culpa leui.*

SI perſonaliter citatus, qui poterat venire, nõ venit, culpa leui, non dolo, puta, quia dum veniret ad iudicem, videns choreas aut ludentes, ſtetit ibi occupatus, & iudex contra eum iudicauerit, non dicitur verus contumax, nec excludetur ab appellando intra decendium à die ſententię: quia ille non habuit animum contemnendi iudicem, ſecundum Fulgoſium, in l. properandũ. in §. ſin autem reus. C. de iudi. & ibi Do. Sandilia. facit, quod habetur per Cardi. in Cle. 1. de dolo & contu. penul. col.

## DECISIO CCCXXXIIII.

*Probatio ſemiplena.*

ACtor probãs ſemiplenè per vnum teſtem, & ſuccumbens, quia non ſibi,

*Adde ſuprà deciſ. 171.* ſibi, ſed reo delatum eſt iuramentum, non condemnatur in expen. quaſi propter illum teſtem videatur habuiſſe iuſtam litigandi cauſam veriſimiliter credendo, quòd ſibi deferretur iuramentum, ſecundum Ioan. And. Petr. de Ancha. Butri. & communiter Cano. in c. finem litibus. extrà, de dolo & contu. Bal. in l. 1. C. de aduo. diuer. iudi. domi. Alex. in l. properandum. in §. ſin autem reus. C. de iudi. quod videretur intelligendum, quando teſtis ille erat omni exceptione maior, aliàs ſecùs, quia videtur temerè litigaſſe, ſciens ſe non habere, niſi vnum teſtem nô omni exceptione maiorem. Eſt quoque iuſta cauſa excuſans à condemnatione expen. ſi caſus, de quo litigatur, eſt dubius, quia in eo ſunt diuerſæ opiniones, ſecundum Angel. in l. properandum. §. ſin autem alterutra, præal. & Panorm. in dicto c. finem. idem ſecundum Angel. in l. terminato. aliàs non ignorat. C. de fruct. & li. expen. do. Alexand. in d. § ſin autem reus. ſi litigauit de conſilio famoſi Doctoris, & in alijs caſibus, de quibus ibi per eum.

## DECISIO CCCXXXV.

*Expenſæ reſeruata.* IVdex in ſententia diffinitiua non poteſt ſibi reſeruare in futurum còdemnationem vel abſolutionem expenſarum, ſed taxationem ſic, ſecundum Cy. & communiter Docto. in l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. Bald. in authen. generaliter. C. de Epiſcop. & Cleric. licet Barto. poſt gloſſ. in d. l. terminato. ſenſerit contrarium, ſecùs in interlocutoria: quia per eam non definit eſſe iudex. Ita etiam ſentit Felin. in c. ſignificauerunt. in 7. colum. extrà, de excep.

## DECISIO CCCXXXVI.

*Inſtantia lapſa.* SI culpa tutoris aut curatoris lapſa ſit inſtantia cauſæ, non reſtituitur minor ad inſtantiam, ſed aduerſus expenſarum condemnationem, vt non teneatur aduerſario in expen. tutore aut curatore, & eorum fideiuſſoribus exiſtentibus non ſoluendo, ſecundum communem ſententiam Docto. in l. properandum. §. fin. C. de iudi.

## DECISIO CCCXXXVII.

LEx, ſancimus. C. de iudic. procedit etiam in ficto ſeu præſumpto contumace, ſecundum communiter Doct. ibi. *L. ſancimus.*

## DECISIO CCCXXXVIII.

LIcet contra contumacem ex primo decreto ſit facta miſsio in poſſeſsionem, eſt tamen in expen. condemnandus: quam condemnationem expenſarum iudex tunc facere poteſt abſque vlteriori citatione: ſin autem differret, debet iterato eum citare, ſecũdum communiter Doct. in l. ſancimus. C. de iudi. quod hodie eſt declaratum in §. ſi verò. in authent. de duobus reis. & in c. quoniam frequenter. extrà, vt lite non conteſta. ad præmiſſa facit l. nullum, cum gloſſ. C. de teſtib. *Expenſa cõtumaciæ.*

## DECISIO CCCXXXIX.

DElegatus ab ordinario poteſt per nuncium citare, non per edicta, ſicut etiam arbiter. l. ſed interpellatur. §. 1. ff. de arbi. ſecundum Bart. & communiter Docto. in l. ſancimus. C. de iudic. quicquid contrà ſenſerit Lotha. vt ibi refert Odofred. *Citatio per nuncium.*

## DECISIO CCCXL.

QVando iudex abſoluit condemnatum in principali ab expen. debet exprimere cauſam, quare abſoluit ab expen. nec ſufficit, ſi dicat bonis moti reſpectibus, &c. aliàs ſententia eſt nulla, tanquam habẽs iuris errorem, ſecundũ Salic. & Sandilia. in auth. nouo iure. C. de iud. per illum text. ibi declarat, &c. & in § oportet. in authen. de iudi. Ioan. Andre. in capit. finem. extrà, de dolo & contuma. Bur. in c. examinata. extrà, de iudic. Licet Panorm. ibi teneat contrarium. Nam qui ſub genere dicit, non declarat. l. ita fidei. ff. de iure fiſci, & cum Panorm. tenet Felin. in c. ſicut. in 12. colum. extrà, de re iudi. *Abſolutio ab expen.*

DECI-

## DECISIO CCCXLI.

*Executoris recuſatio.* EXecutor recuſari non poteſt, vt ſuſpectus, ſicut nec ab eo appellatur: niſi in exequendo modũ excedat, ſecundum gloſſ. communiter approbatam, in l. apertiſsimi. C. de iudic. in verbo, executore.

## DECISIO CCCXLII.

*Subdelegatio cauſæ crimi.* DElegatus Principis ad cauſam criminalem poteſt eam ſubdelegare, ſecundum gloſſ. Guiliel. de Cu. Bartol. Bald. & Sandilia. in l. 1. C. qui pro ſua iuriſdict. per text. ibi nullo cauſarum habito tracta. Et quia Princeps, cuius vices tenet, poteſt tales cauſas delegare, & quia Principis delegatus eſt maior omni ordinario. c. ſtuduiſti. extrà, de offic. legat. Contrariam opinionem tenent Cyn. Pet. Iacob. Butri. & Salic. in d. l. 1. durum eſſet recedere in iudicando à dicta gloſſ. à tantis Docto. approbata.

## DECISIO CCCXLIII.

*Sentẽtia pro pupillo.* SEntentia lata pro pupillo, qui fuit in iudicio ſine tutore, valet, ſecundum glo. in verbo, aduerſus communiter approbatam, in l. 1. C. qui legit. perſon. l. non eo minus. C. de procurat. quicquid contrà ſenſerint domini Doctor. vltramon. in dicta l. prima.

## DECISIO CCCXLIIII.

*Scripturæ productæ fides. Tu tamẽ vide Mattha. deciſio. 330.* SCriptura producta in iudicio, & in actis accopiata & inſerta per notarium cauſæ facit plenam fidem, licet originale non reperiatur. Bald. in l. geſta. C. de re iudica. & in authen. ſi quis. C. de eden. per l. fina. C. de fide inſtru. dicens, hoc tenere Innoc. c. 1. extrà, de procu.

## DECISIO CCCXLV.

*Impedimentum.* IMpeditus legitimo impedimento debet ſtatim, ceſſante ipſo impedimento, comparere coram iudice, coram quo fuit citatus, nec exigitur alia citatio, ſecundum Innoc. in c. dilecti. in gloſſ. in verbo, præſentare. extrà, de dol. & contuma. dom. Cat. in l. 2. §. ſi quis ideò. ff. ſi quis cau. licet Angel. ibi contrà.

## DECISIO CCCXLVI.

NOn ſufficit citato probare impedimẽtum, niſi etiam probet, quòd niſi fuiſſet impedimentũ, potuiſſet comparere, & comparuiſſet: quia erat paratus venire, aliàs non excuſatur, ſecundum Bartol. & Angel. in l. 2. §. quod diximus. ff. ſi quis cau. per l. qui commeatus. ff. de re mili. Et vbi ſemel impedimentum eſt probatum per iuramẽtum, ſi iterato allegetur, aliter eſt quàm per iuramentum probandum, ſecundum Iacob. de Aret. Ange. & Doct. in dicto §. quod diximus. *Impedimẽti probatio.*

## DECISIO CCCXLVII.

REnunciatio generalis caſuum in iudicijs facta poſt certos caſus ſpeciales expreſſos, licet in ſua generalitate non valeat, tamen valet ad hoc, vt extendatur ad caſus ſimiles expreſsis, non autem ad maiores, ſecundum Guil. de Cu. Bald. Cato. & dom. Ambro. in l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis cau. & communiter Doct. ibi. benè facit c. qui ad agendum. de procurat. in 6. c. ſedes. de reſcript. Cle. non poteſt, de procur. l. fi. §. cui dulcia. ff. de vino, tritic. oleoque leg. licet Bartol. & Angel. poſt Cyn. in dicto §. quæſitum. tenuerint contrariũ. & idem Cyn. in l. 1. C. commo. In contractibus autem idem tenent communiter Doct. vbi ſuprà, quando clauſula generalis poſita eſt poſt caſus ſpeciales. Si autem antè, tunc ſecundum domi. Cat. ibi extenditur etiam ad caſus maiores expreſsis, per l. quæſitum. §. fi. ff. de fundo inſtruct. quaſi illi caſus ſpeciales poſt generalem renunciationem intelligantur appoſiti ad declarandum, non ad reſtringendum. d. §. fin. *Renũciatio generalis.*

## DECISIO CCCXLVIII.

CLauſula, Ex certa ſcientia & non per errorem, quæ ſolet apponi in inſtrumentis, inducit præſumptionem ſcientiæ, non erroris. Barto. Bald. domi. *Clauſula*

Alex.

Alex.Ang.& Sandilia.in l. ſed & ſi quis. §. item quæritur. ff. ſi quis cau. ſed probando rem aliter ſe habere aut habuiſſe, probatur error, ſecundum Bald. ibi. Et vbi eſt enormis læſio, præſumitur error. l. quiſquis. cum gloſſ. & Bartol. C. de reſcind. vendi.

## DECISIO CCCXLIX.

*Teſtis ſocius.*

SOcius non teſtificatur pro ſocio in concernentibus ſocietatem, in alijs ſic. Ange. & do. Cat. in l. ſed ſi quis. in §. ſi duo. ff. ſi quis cau.

## DECISIO CCCL.

*Nullitas notoria.*

SVper nullitate notoria proceſſus ſententiæ, aut actus iudiciarij, poteſt iudex pronunciare, parte etiam abſente, nec citata, ſecundum Ioan. And Butr. & Panorm. in c. cauſam. extrà, de reſcript. Gemi. in c. ſua. in fine. de offic. vica. do. Cato. in l. ſolent. ff. de fer. Quod tamen intellige, vt per Panorm. vbi ſuprà. licet ibi contrarium teneant Imol & domini de Rota, vt refert & ſequitur dom. Præpoſit. in cap. dilecto. in 14. colum. extrà, de appel.

## DECISIO CCCLI.

*Teſtis iniuratus.*

DIctum teſtis nõ iurati valet, ſi partes ei iuramentum remiſerint c. tuis. extrà, de teſti. gloſſ. in verb. valebit. in l. 1. ff. de fer. iudex tamen ſi velit quòd iuret, non tenebitur aliter illum admittere, ſecundum Bald. ibi. & Spec. in tit. de teſte. §. ſequitur. verſ. & nota.

## DECISIO CCCLII.

*Tutoris datio.*

DIe feriata etiam in honorem Dei poteſt decerni & confirmari tutor, quando non exigitur cauſæ cognitio, aliàs ſecùs, vt quando datur per inquiſitionem. l. qui habet. §. quolibet. ff. de tutel. & ff. de tuto. & cura. da. ab his. l. nec mandante. §. fina. ſecundum Guil. Albe. & communiter Doct. in l. 2. ff. de fer. facit c. fin. extrà, eo. in fi. vbi in operibus pietatis non attenduntur feriæ.

## DECISIO CCCLIII.

*Alienatio rei minoris.*

DEcretum iudicis in alienatione rei minoris, quia exigit cauſæ cognitionem. l. magis puto. §. ne paſsim. ff. de reb. eorum, ſecundum Ang. & communiter Docto. in l. 2. ff. de fer. non poteſt interponi die feriata, & ſecundum Spec. eod. tit. §. ſequitur. verſic. fin. Iacob. de Aret. in l. actus. C. eo. quæ. l. non obſtat. ſecundum Spec. vbi ſuprà, quia loquitur in actibus voluntariæ iuriſdictionis & fauore libertatis.

## DECISIO CCCLIIII.

*Reuocatio actus.*

TEnuta ſeu alius actus iudicis, in quo proceſsit de facto parte non citata, vbi erat citanda, poteſt ab eo reuocari parte non citata, & ſine cauſæ cognitione, ſecundum gloſ. in c. excommunicatos. 11. quæſt. 3. in l. minor. & ibi dominus Alex. ff. de euict. in l. 1. in verb. infirmabitur. ff. de fer. Bald. in l. pacto quo pœnam. C. de pact. in l. poſt ſententiã. in vltimo fol. C. de ſenten. Bartol. in l. 2. C. de ſeruitut.

## DECISIO CCCLV.

*Intereſſe taxatũ.*

SIcut pœna adiecta dationi quantitatis præſumitur in fraudem vſurarũ. l. cùm allegas. C. de vſuris. l. rogaſti. §. ſi tibi decem. ff. ſi certum petatur. Ita intereſſe à principio taxatum, ſecundum Bald. in l. prima. C. de ſumma Trini. in 6. colum. Cyn. in ſuis additionibus in l. ſeruus ea. l. ff. de ſer. expor.

## DECISIO CCCLVI.

*Moræ purgatio.*

POſt lapſam primam dilationem ad probandũ admittitur purgatio moræ, ſi velit incontinenti poſt ipſam dilationem probare abſque alia petitione dilationis, ſecundum Cyn. in l. mancipiorum. ff. de op. leg. Bal. in l. fi. ff. de ferijs. tutius tamen eſt, ſecundum eos aliam dilationem petere.

## DECISIO CCCLVII.

*Sentẽtia præcipitata.*

SEntentia præcipitanter lata, & tam breui tempore, quo veriſimi liter

liter acta maturè videri non potuerunt, eſt nulla, ſecundum Bart.& Bald. in l. 2. C. de eden. in l. 2. C. de ſen. ex peri. reci. Bart. in l. prolatam. C. de ſen. in fine. per c. tum ex literis. extrà, de in integr. reſti. Butri. in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ. extrà, de conſtitu. domi. Præpoſi. in c. delicto. 7. colum. extrà, de appella. niſi ſecundũ Fulgo. eſſet lata partibus præſentibus & conſentientibus, quia tunc præſumitur cauſæ cognitio præceſsiſſe.

## DECISIO CCCLVIII.

*Mora ex contumacia.*

MOra contumacialis in parendo mandato ſuperioris ſeu iudicis, ex qua eſt inflicta pœna ſucceſsiua, puta excommunicationis, priuationis ab auditorio, vel ſimilis, purgari poteſt etiam poſt ſententiam: imò & executionem, caſus eſt no. in c. ex literis. extrà, de conſti. & fuit elegans dictum domin. Conſtan. in l. ſi inſulam. ff. de verborum oblig. & eſt limitatio ad id, quod dicitur poſt ſententiam non admitti purgationem moræ.

## DECISIO CCCLIX.

*Oblatio verbalis.*

OBlatio verbalis offerẽtem releuat, quando res, quæ offertur, ſe ipſam offert, vt res immobilis. Idem ſi mobilis, quando ſolutio eſt fienda alibi, quàm in iudicio, ſecundum Bald. in l. acceptã. C. de vſur. Idem ſecundum Andr. in l. prætor ait. §. ſi quis paratus. ff. de operis noui nuncia. in l. 4. §. ait prætor. ff. de re iudic. quando debitum non eſt liquidũ, ſed incertum & intricatum, quantum debeatur, per l. ſi reſiduũ. C. de diſtrac. pigno. Idem quando creditor reſpondet ſe nolle recipere. Alexand. in l. qui Romæ. in prin. ff. de verborum obligat. Item ſola oblatio impedit commiſsionem pœnæ, & curſum vſurarum futuri temporis. l. ſi per te. C. de vſur. gloſſ. in l. acceptam. eodem titul. Item ſufficit debitori offerre ſe paratum ſoluere: licet manualiter non oſtendat pecuniam in caſu l. vltimæ. C. de reſcind. vendi. ſecundum Bartolum in dicto §. ſi quis paratus.

## DECISIO CCCLX.

*Homicida.*

DIcens, Occidi defendendo, non punitur morte, ſed aliter, defenſione non probata. Ita ſingulariter Panorm. quem extollit & videtur ibi ſequi Felin. in c. auditis. in vltima colum. extrà, de præſcript. & do. Alex. in l. non ſolum. §. ſciendum. ff. de operis noui nun. in l. decem. ff. de verborum oblig.

## DECISIO CCCLXI.

*Actorum falſificator.*

FAlſans acta perdit cauſam. Bald. in l. qui teſtamento. ff. de excu. tut. Bar. in l. 1. §. 2. in fin. ff. de calum. Imol. in l. diuus. colum. 16. ff. de re iudi. Ange. in l. 1. in fine. ff. de his, quæ in teſtamento delen. pariter, qui conatus eſt ſubſtrahere probationes aduerſarij, ſecundum Innoc. in c. intimauit. extrà, de teſtib. Angel. in l. 1. §. ſi reus. ff. de eo, per quem fac. erit. licet Bald. in dicto cap. teneat contra Innocen.

## DECISIO CCCLXII.

*Imploratio officij iudicis.*

LIbellus non eſt neceſſarius, quando imploratur officium iudicis, ſecundum gloſſam ordinariam, in Rubric. ff. de interro. ac. quod temperat Bal. procedere, quando ſimpliciter imploratur, & ſine ſtrepitu, ſecùs ſi ordinariè & cum cauſæ cognitione, per gloſ. in l. 2. §. dies. in verbo, de plano. ff. quis or. in bo. poſſ. ſer. circa quod dic plenius, vt per Ioan. Petr. Ferra. in forma libelli, in actione reali, in gloſſ. prima.

## DECISIO CCCLXIII.

*Quæſtio mutata.*

SI quæſtio ſpiritualis incidit in prophanam, iudex ſecularis de ea cognoſcere non poteſt. c. tuam. extrà, de ordi. cogni. c. lator. extrà, qui filij ſint legitimi, ſecundum Bart. in l. 2. ff. de iuriſdict. om. iudic. Paul. de Leaza. in Clemen. 1. de vſur. Archi. in c. plerique. 14. q. 3. & Panor. in c. cùm ſit generale. extrà, de foro compe. & hoc ſi ſit quæſtio iuris, ſi autem facti, tunc benè cognoſcet, ſecundum Bart. & Sandilia. in l. omni. C. de ſacroſanct. Eccleſ. in l. Titia. §. vſu-

§. vſuras.ff.de lega.2.licet Bald.in dict.l. omni.contrarium ſentiat.

## DECISIO CCCLXIIII.

*Mandatum.* MAndatum Prælati ſeu Rectoris ciuitatis in cauſa ſuæ Eccleſiæ aut Vniuerſitatis, morte ipſius conſtituentis finitur, etiam re non integra. Clem. fin.de procur. Et dicitur res non eſſe integra, quo ad iudicem per ſolam citationem.c.gratum.extrà, de offic. delega. & ſecundum Bart.Bald.& Angel. in l. more.& ſequen.ff.de iuriſd.om.iud.

## DECISIO CCCLXV.

*Delegatus excõmunicatus.* IVriſdictio delegata non expirat, ſi poſt delegationem excommunicetur delegans, cùm habeat adhuc iuriſdict. licet impediatur tunc eius exercitium, ſecundum gloſſ.not.in c.1.de offic.vica. in 6. & Doct.communiter in l. more. & ſeq.ff.de iuriſd.om.iud.

## DECISIO CCCLXVI.

*Statutũ.* STante ſtatuto, quòd pro homicidio imponatur pœna pecuniaria, ſi iudex reum condemnet & puniat ad mortem,poterit ipſe iudex in ſyndicatu decapitari,ſecundum Bart.Bald.& Angelum in l.1.ff. quod quiſ.iuris. contrà tamen facit,quia cùm dictum ſtatutum ſit iniquum,iudex non tenebatur illud ſeruare, ſecundum Hoſtienſem & Panor. in c.2.de delic.pu.Hoſtien.in ſumma de conſue.§.qualiter.in fin. D.Conſtan.in l.quoties.ff. de actio. & obliga. benè facit c.pauper.11.q.3. Eſt prætereà ſtatutum contra legem Dei: Quicunq; gladio feriet, gladio peribit. Et contra legem Dei non poteſt l.humana.c.Eccleſia ſanctæ Mariæ.extrà,de conſtit. auth. ſtatuimus.C.de Epiſcop.& Cleri.auth. caſſa.C.de ſacroſanct.Eccle.

## DECISIO CCCLXVII.

*Furtigeminatio.* DElictum commiſſum extra territorium iunctum delictis in territorio cõmiſsis auget pœnam, vt ſic fur, qui in territorio commiſit duo furta, & vnum extra territorium ſuſpendatur ex ſtatuto, quòd pro tribus furtis fur moriatur, ſecundum Bartol. in l.3. C.de Epiſc.audien.in l.ſi cui.§.fin.ff.de accuſatio. Bald.in authen. ſed nouo iure. C. de ſeruis fugi.per l.ex ea cauſa. ff. de poſtulan.Ioan.Andr.in addi.ad Spec.titu. de fur.addi. incipi. Famoſa eſt alia quæſtio.& Iacob.de Belui.in authen.vt nulli iudicum. §.ſi verò quis comprehenſorum, videntur tenere contrarium, & æquius videtur: quia ſtatutum locale nõ debet extendi extra locum. argu.l. venditor.§.ſi conſtat.ff.commu.prædi. maximè in pœnalibus & odioſis.

## DECISIO CCCLXVIII.

IN his, quæ motu proprio Principis conceduntur, non fit retorcutio, ſecundum gloſſ. communiter approbatã, in verb.decernetur.in l. prima. ff. quod quiſ.iuris.per quam limitatur totus ille titulus. *Retorcutio.*

## DECISIO CCCLXIX.

REſtitutio in integrum non competit Doctori minori vigintiquinque annis, propter peritiam & probatam induſtriam eius, vt vult glo.in l.prima.C. qui & aduer. quos. Allegando enim facilitatem, dicit turpitudinem ſuam,l.2.§.nuncij.ff. de ori. iur. hoc tenet domi.Cato in l.1.ff.quod quiſ.iur. *Reſtitutio in integrum.*

## DECISIO CCCLXX.

CItatus vt cõpareat pro delicto ſub comminatione,quòd aliàs proceſſus habebitur pro confeſſo, non poteſt pro vna contumacia haberi pro confeſſo, nec ex eo debet perdere ſuam cauſam,ſecundum gloſſ.not.in verb. intereſt.in fin.& ibi Bal. do. Cat. Sandilia. & cõmuniter Doct.in l.1.§. fi.ff. ſi quis ius di.non obtempe. ſicut nec in contumaciam abſentis poſſunt haberi poſitiones pro confeſ.c.2.de confeſ.in 6. & hæc de iure communi, ſed per ſtatuta aliter diſponitur in pluribus locis. *Contumax ſemel.*

## DECISIO CCCLXXI.

*Cõtumacia ficta.* MVlcta aut bannum non imponi debet in aliquem pro ficta contumacia, vt quia fuit citatus ad domum vel per proclama. ſecundum Bald. dom. Cato. & communiter Doct. in l. 1. §. fin. ff. ſi quis ius di. non obtempe. & bãnum dicitur mulcta. glo. in l. præſes. C. de ſuſpe. tuto. ad hæc faciunt not. per Docto. in auth. qui ſemel. C. quomodo & quando iudex. in l. fin. ff. de in integr. reſti.

## DECISIO CCCLXXII.

*Præſentia.* COntra præſentem in iudicio non eſt neceſſaria citatio. l. etiam. ff. de mino. & ibi Guil. Bald. & domi. Alexan. in l. 1. ff. de in ius voc.

## DECISIO CCCLXXIII.

*Promiſſio iudicialis* AD factum præciſè quis cogitur, nec liberatur præſtando intereſſe in iudicialibus promiſsionibus faciendi, ſeu quando factum in iudicio promittitur, per text. cum gloſ. in verb. cogam. in l. filiusfamiliàs. §. procuratorem. ff. de procura. & ſecundum Bartolum in l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verborum obligat. Panormita. in cap. primo. extrà, de iud. Et ſic limitatur, quod dicitur, in ſtipulationibus faciendi ſuccedit obligatio ad intereſſe.

## DECISIO CCCLXXIIII.

*Error.* LEx, error. ff. de iuris & fac. igno. non procedit, quando vtraque pars tractat de damno euitando, ſecundum glo. ſingularem, ſecundum Ray. in l. ſi fideiuſſor. §. non malè. ff. manda.

## DECISIO CCCLXXV.

*Teſtis rogatus.* TEſtimonium teſtis aliàs improbati à iure, ſeu inhabilis ad teſtimoniũ admittitur, quando fuit à partibus rogatus pro teſte, cũm rogatio videatur eum habilitare, ſecundum gloſſ. in l. inuiti. la 1. ff. de teſti. & in §. licet. in verb. ſupplicijs. in authent. de teſti. & in c. decima, in verb. duarum. 19. q. 2. Bald. in l. parentes. C. eod. in l. ad teſt. §. 1. in tertia colu. & ibi Imol. ff. de teſta. Ang. in l. 1. col. pe. C. eo. Poterit tamen opponi contra dictum talis teſtis, licet non contra perſonam, ſecundum Panormita. & Felin. in cap. cauſam. extrà, de re iudi. eundem Felin. in cap. cùm inter. in 8. colu. extrà, de exceptio.

## DECISIO CCCLXXVI.

LIcet forenſis contrahendo in certo loco ligetur ſtatutis & conſuetudinibus loci, per ea, quæ habentur in l. venditor. §. ſi conſtat. ff. communia prædio. per Inno. & Ioan. Andr. in Rubr. de cenſi. ſi tamen læditur, poterit petere reſtitutionem in integrum propter ignorantiam eorum, ſecundum Innoc. & Ioan. Andr. in Rub. extrà, de conſue. *Extraneus læſus.*

## DECISIO CCCLXXVII.

POſsidere immobilia non releuat à ſatiſdatione de iudicio ſiſti, ſi perſona ſit de fuga ſuſpecta, ſecundum Bal. & Ang. in l. Iulianus. ff. qui ſatiſda. cog. & l. ſciendum. eod. tit. ex quo limitatur dicta l. ſciendum. *Satiſdatio.*

## DECISIO CCCLXXVIII.

LOcus deputatus de iure Communi ad iura reddendum, vt eſt locus maiorum, poteſt obmitti de conſenſu partium, ſecundum Bald. & Sandilia. in l. fin. ff. de iuriſdict. omnium iudic. per l. ſi vt proponis præſes certum locum. C. quomodo & quando iudex. *Forus omiſſus.*

## DECISIO CCCLXXIX.

LIcet ſententia iniqua tranſierit in rem iudicatam, poteſt tamen iudex in ſyndicatu conueniri, ſecundum Bar. & Angel. in l. prima. ff. quod quiſ. iur. per gloſſam, in verbo, noui. Innocen. in cap. ſæpè, in gloſſ. ſua magna. in fin. extrà, de appel. Barto. in l. ſi iudex. ff. de va. & extraordi. cogni. Bald. in l. fin. C. de pœ. iudi. qui ma. iudi. Ange. in l. filiusfamil. ff. de iudi. *Iudex cõuentus.*

DECI-

## DECISIO CCCLXXX.

*Homicida.* DIcens, quòd occidit ſe defendendo, niſi probet defenſionem, habetur pro confeſſo homicidium. Barto. in l. Aurelius idem quæſiuit. ff. de libe. leg. Bald. in l.1. colum. 15. C. de confeſ. Panormit. poſt gloſſ. in c. cùm veniſſet. extrà, de conſti. domi. Alexand. in l. 10. ff. de verborum oblig. niſi reſpondiſſet præmiſſa negatione & conditione, ſi iuxta doctrinam gloſſ. & Bald. in l. ſi quidem. C. de except. & tunc qualiter puniri poſsit, vide ſuprà concluſ. 360.

## DECISIO CCCLXXXI.

*Clauſula* INferior à Papa aut Imperatore de iure vti non poteſt clauſula, nõ obſtante lege vel iure in contrarium faciente, nec illa, quòd procedatur ſine figura iudicij, ſecundum gloſſ. nota. circa mediũ gloſſæ magnæ. & ibi Doct. in l. 2. C. quæ ſit longa conſuetud. nam & legatus de latere non reſcribit cum clauſula, Sine figura iudicij. gloſſ. in verb. figura. in c. fin. de hære. in 6. & hanc concluſionem etiam tenet Ange. in l. nemo poteſt. ff. de lega. 1. Bald. in l. reſcripta. C. de preci. impera. offe. *Sine figura iudicij*

## DECISIO CCCLXXXII.

*Tutor cõpromittẽs* SI tutor compromittat de cauſa pupilli in arbitrum, à cuius ſententia non appellatur. l. 1. C. de arbi. poteſt minor ipſe in integrum reſtitui, caſus reputatus ſingularis cum gloſſ. in l. ſi minor. 25. annis filiofamil. ff. de mino. niſi compromiſiſſet ex neceſsitate ſtatuti vel iudicis iuſſu: quia tunc non videtur læſus, cùm poſsit appellari. l. fin. §. fina. de iudi.

## DECISIO CCCLXXXIII.

*Teſtium receptio.* TEſtibus publicatis poſſunt ipſi vel alij recipi ſuper eodem articulo, ſi diuerſo remedio & modo agi cœperit. cap. veniens. & cap. cùm in tua. extrà, de teſtib.

## DECISIO CCCLXXXIIII.

*Teſtes iterum examinati.* QVando examen teſtium eſt nullũ, poſſunt ijdem teſtes iterum examinari, etiam poſt publicationem, & didicita teſtificata, ſecundum gloſ. in c. cauſam. quæ inter Archiepiſcopum, in verbo, voluerint. extrà, de teſtib. Bart. in l. qui per ſalutem. ff. de iureiur. domini de Rota deciſ. 394. in nouiſ. in Rubric. de teſtib.

## DECISIO CCCLXXXV.

ETſi per comparitionem coram iudice à quo poſt appellationem renunciatum ſit appellationi, tamen iudex ad quem poterit de attentatis poſt appellationem cognoſcere in viam nullitatis, ſecundum Ioan. Andr. & Imo. in c. cùm veniſſent, ſecundum vnum intellectum. extrà, de eo, qui mit. in poſ. ſicut nec per deſertionem appellationis attẽtata poſt appellationẽ reconualeſcunt. *Attẽtata poſt appellationẽ.*

## DECISIO CCCLXXXVI.

EXiniuſta detẽtione poteſt officialis detinens ad intereſſe conueniri, gloſſ. communiter approbata in l. 2. §. ſimili modo. ff. ſi quis cau. in verbo, retentus, & actione iniuriarum. l. nec magiſtratibus. ff. de iniur. *Detentio iniuſta.*

## DECISIO CCCLXXXVII.

FAmiliares officialis pro eo teſtificãtur in ſyndicatu, ſi cauſa non tangit eos, & ſint vitæ probatæ, ſecundum Innoc. in c. in literis. extrà, de teſti. Sali. in l. 2. C. eod. Bald. in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de offic. proconſ. in 18. quæſt. & in l. etiam. C. de teſtib. *Teſtis familiaris.*

## DECISIO CCCLXXXVIII.

STatutũ diſponẽs, quòd iudex adeat conſultorem, debet intelligi in caſu dubio, nam qui in caſu certo requirit conſilium, calumniari videtur. Iaco. de Aret. in l. ille, aut ille. §. cùm in verbis. ff. de leg. 3. vt refert & ſequitur Bald. in l. 1. in fin. C. de legi. Calde. in quæſtionibus ſyndicatus. quæſt. 26. *Cõſilium quando requiſitũ.*

## DECISIO CCCLXXXIX.

IVdex tenetur ad obſeruantiam ſtatuti, licet non ſit in cauſa per aliquem *Statuti obſeruantia.*

 partium

*Adde Philippū de Franc. de appell. c. ſæpè. col. ſecunda.* partium productum. Secùs in conſuetudine vel reformatione non incluſa in volumine ſtatutorum, ſecundum Butr. in l. fin. C. quæ ſit long. conſue. Bald. in l. 1. C. quæ deſunt aduo. Ioan. Mona. in regula, iuris ignorantia. de reg. iur. in 6.

## DECISIO CCCXC.

*Delegationis reuocatio.* QVamuis delegans poſſit etiā poſt litem conteſt. delegatum à ſe reuocare, trahendo ad ſe cauſam, vt ipſe cognoſcat, nō tamen vt alteri committat ſine cauſa legitima, ſecundum Guil. de Cun. Salic. do. Cato. & Sandilia. ac communiter Doctores in l. more. ff. de iuriſdict. omn. iud.

## DECISIO CCCXCI.

*Pœna in hæredē.* POena, quæ infligitur ipſo iure, trāſit contra hæredem, etiam lite non cōteſtata contra defunctum. l. 3. §. quod autem. cum gloſſ. quæ reputatur ſingularis. ff. quod quiſque iur. & eſt limitatio ad titulum. C. ne ex delic. defunct.

## DECISIO CCCXCII.

*Inſtantia* IN cauſis, in quibus lis non conteſtatur, vt executionis etiam inſtrumentorū & cauſis meri poſſeſſorij, quæ ſummariè tractantur, ſecundum gloſſ. 2. in l. 1. C. quorum bo. Bart. in l. 3. C. de pign. & in tracta. ad reprimendam, in verbo, ſummariè, non currit inſtantia, ſecundum Barto. & Ange. in l. litibus. C. de agri. & cenſi. Calde. in additio. ad Bald. in materia ſyndicatus. addit. 79. Idem dum diſputatur de legitimatione perſonarum & mandatorum, ſecundum Bald. in l. & poſt edictum. §. 2. ff. de iudi. licet Panormitan. in capit. pen. extrà, de iudi. teneat contrarium, & quòd inſtantia finiatur tempore à iure ſtatuto.

## DECISIO CCCXCIII.

*Mulier non incarceratur.* NOn incarceratur mulier, etiam in cauſa criminali, quando pœna eſt pecuniaria. Imò ſi fideiuſſorem non reperit, cauet iuratoriè. authent. nouo iure. C. de cuſto. reo. ſecundum Baldum & dominum Cato. in l. plerique. verſi. ſed & ſi is. ff. de in ius voc. niſi eſſet meretrix: quia etiam pro debito ciuili incarceratur, ſecundum Baldum in repertorio ſuorum ſingularium, in verb. meretrix, dicentium idem tenere Dyn. in dicta authent. niſi eſſet coniugata, ſecundum Baldum in l. conſentaneum. C. quomodo & quando iudex. & Ioan. Andre. in addit. ad Spec. in Rubrica de iniur.

## DECISIO CCCXCIIII.

IVdex, qui intra certum tempus à ſtatuto vel decreto præfixum, debet cauſam expedire, non cogitur id facere, niſi prope finem ipſius temporis, ſecundum Barto. in extrauag. ad reprimendam, in verbo, procedatur. per l. 1. §. effractores. ff. de effracto. facit c. conſuluit. extrà, de offic. delega. *Tēporis finis.*

## DECISIO CCCXCV.

OPponens defectus cōtra teſtes contra ſe receptos, puta, quòd ſunt infames, homicidæ, & ſimiles, non poteſt conueniri iniuriarum, dummodò verus ſit, & probetur talis defectus, ſecundum Baldum, Angelum, dominum Alexand. & communiter Doctores in l. final. ff. quod quiſ. iur. *Defectus teſtiū oppoſitus.*

## DECISIO CCCXCVI.

CLauſula, Inobedientes compeſcēdo, appoſita in reſcripto, intelligitur de inobedientibus de facto, nō de iure ſeu iure permittente, ſecund. gl. in verbo, contradictores in c. pro illorum. extrà, de præben. Innocen. in capit. ſanè. extrà, de offic. delega. communiter Doctores in l. prima. ff. ſi quis ius di. non obtempe. *Clauſula reſcripti.*

## DECISIO CCCXCVII.

COntumacia expreſſa & doloſa procuratoris in veniendo aut appellando, non tollit beneficium appellandi principali intra decem dies poſt ſcientiam, ſecundum Bar. Sandilia. & Cato. *Cōtumacia procuratoris.*

in l. 1.

in l.1.§.ſi procurator.ff.ſi quis ius di. nō obtemp.Bart.Ange.& Nicellum in l.1. §.final. ff. quando appel.ſit. Nam dolus procuratoris colludentis domino non nocet.ff.de except.do.l.ſi procurator. Licet contrà ſenſerit Innoc.in c.1.extrà, vt lite non conteſta.

### DECISIO CCCXCVIII.

*Exceptionis narratio.* *Matt. de Affli. deciſ.354.*

IN excipiēdo ſufficit narrare factum, ex quo reſultat exceptio ſine concluſione, ſecundum Bald.in authen.ſtatuimus. in 2. colum.C.de Epiſcop. & Cleric. Bartol.in l.1.ff.de except. Imol. in l. 3.§. hoc autem.ff.de damno infect. in l. quidam.ff.de re iudi.Butri.in c.ex parte. Secùs in 2. colum.per illum text. extrà, de reſcript.

### DECISIO CCCXCIX.

*Clericus remiſſus.*

EPiſcopus non tenetur ſeq̄ acta contra clericum, per iudicem ſecularem clericum remittentem in actis tendentibus ad punitionem. Secùs intendentibus ad inſtructionem, ſecundum Bald.in authen.clericus. C. de Epiſc. & Cleric. & Guil. de Cu. in l. magiſtratibus. ff.de iuriſdict. omn. iudic. vt refert Bald.vbi ſuprà.

### DECISIO CCCC.

*Inquiſitio indebita.*

IVdex per inquiſitionem indebitè procedens, ſi de hoc cōſtet, etiam ex proceſſu, tenetur parti ad intereſſe, damna & expen.l.ſeueriter.& ibi Cy.C.de excuſa.tu.Bald.in auth.generaliter.C.de Epiſc.& Cler.circa fin.in l.non ignorat. C.de fruc.& lit.expen.

# DECISIONVM CENTVRIA QVINTA.

### DECISIO CCCCI.

*Executor electus.*

EXecutor à teſtatore electus, cuius conſcientiæ & arbitrio executionem commiſit, non poteſt alteri vices ſuas in hoc committere, quaſi videatur electa induſtria perſonæ. Secùs ſi aliquid certum & declaratum ab ipſo teſtatore commiſit, nam tunc nudum miniſterium tantum videtur commiſiſſe, in quo non refert, fiat per ſe vel per alium. cap. is cui. de offic. delegat.in 6.ſecundum Archidia. & Ioan.Andr.in nouella,in cap. fin. de teſta. eod. lib. vt refert & ſequitur Bald.in l. nulli.C.de Epiſc.& Cler.

### DECISIO CCCCII.

*Executio piarū cauſarum.*

EXecutio relictorum ad pias cauſas non differtur durante tempore inuentarij per hæredem conficiendi. Cy. & Bald. in l.nulli.C.de Epiſco. & Cleri. Cyn.in l.fin.§.donec.C.de iure delibe.

### DECISIO CCCCIII.

*Præſumptio ꝓ procuratore.*

SI veniens de lōginquis partibus, tanquam procur. alicuius producat inſtrumentum mandati, in quo nomine proprio & cognomine nominatur, præſumitur eſſe illa perſona, de qua in mandato, licet pars hoc neget, maximè ſi oſtendat inſtrumentum debiti principalis ſui, per l.fi.cum gloſſ.C. de pac. conuen.ſecundum Cyn. & Bald. in l. ſi qua per calumniam.C.de Epiſco. & Cleric. Panorm. in c. coram. extrà, de offic.delega. allegat gloſſ. in cap. nonnulli. extrà, de reſcript.

### DECISIO CCCCIIII.

*Teſtis ratio.*

RAtio dicti teſtis trahit & regulat ipſum dictum, ipſumque deſtruit, ſi dicto non congruit, cùm tota vis teſtis ſtet in ratione. Ita magiſtraliter Bald. quem cæteri commendant, in l. cōuenticulam.C.de Epiſco. & Cleri.

### DECISIO CCCCV.

*Teſtis nō citatus.*

DIctum teſtis non citati valet, ſi iudex illi iuramentum deferat vtraque parte præſente: nam iuramentum deferendo videtur eum tacitè monere, vt veritatem dicat, ſecundum domi. de

Rota in nouiſ. deciſione 375. Bald. in l. presbyteri. C. de Epiſc. & Cle. niſi conſtaret iudici, quòd ſponte & affectionatè ſe ingeſsiſſet, quia tūc eſſet ſuſpectus per ea, quæ habentur in d. l. presbyteri. in l. quæ omnia. ff. de proc.

## DECISIO CCCCVI.

*Compromiſſum ex ſtatuto.*

VAlet ſtatutum, quod de omnibus cauſis laicorum illius loci cōpromittatur, & tamen intelligitur de cauſis dubijs, & de quibus eſt inſtrumētum vel ſententia, & quæ non habent paratam executionem, ſecundum Bartol. & Bal. in prima conſtitutione C. Si tamen de voluntate partium iterum cœperit cognoſci, valet ſecunda ſententia contra primam, ſecundum Bald. & Salic. & do. Alex. in l. fratris. C. de tranſact. Paul. de Caſtr. in l. poſt rem. circa fin. ff. eod. Bald. in l. 1. ſecunda colum. C. quando prouoc. non eſt neceſſ.

## DECISIO CCCCVII.

*Cautela.*

SI poſt concluſionem in cauſa altera partiū malitioſè neget aliquid, quod antè pars produxit, puta, inſtrumentum non eſſe publicum, vel eum, qui interpoſuit decretum curæ aut tutelæ non eſſe iudicem: tunc conſultè facit pars, ſi producat iudici in iudicio inſtrumentum tabellionatus eius, qui recepit tale inſtrumentum ſeu literas officij ipſius, qui negatur iudex tunc fuiſſe: quia tunc iudex ex ſuo officio poterit ſupplere declarando id ſibi eſſe notorium, ſecundum Bald. in l. 1. C. vt quæ deſunt aduo. licet contrarium videatur tenere in l. final. colum. 15. ibi item conſideret. & ibi, ſed dubitatur. C. de edict. diui Adria. toll. primum tenent etiam Domini de Rota in nouiſ. deciſio. 6. dicentes, quòd tunc iudex poterit etiam teſtes recipere ſuper tali negotio.

## DECISIO CCCCVIII.

*Inſtrumētum producens.*

ETſi pars dicat, produco inſtrumentum vel acta in quantum faciunt pro me, iudex tamen poteſt illis inhærere, etiam in facientibus contra producentem: quia conſtat ſibi vt iudici, ſecundum Innoc. in c. cùm olim. extrà, de cenſi. in gloſ. in verb. tua. & in verb. inſtrumenta. Bald. in l. 1. C. vt quæ deſunt aduo. par. l. properandum. §. cùm autē. ibi, terribiles in medium, &c. C. de iudi.

## DECISIO CCCCIX.

*Sentētia partibus præſentibus.*

VAlet ſententia lata vtraque parte præſente, licet neutra inſtiterit tunc ius dici. Secùs ſi altera partium tantùm fuit præſens, niſi eſſet lata pro actore, qui ſemel in libello petijt reum condemnari, ſecundum Bald. in l. prima. C. vt quæ deſunt aduoc. Angel. in l. quamuis. C. de adulte.

## DECISIO CCCCX.

*Compelli ad cōpromittēdū.*

PArtes, quæ diu litigarunt, poſſunt etiam per iudicem eccleſiaſticum ad compromittendum compelli. c. placuit, cum gloſſ. 90. diſtinct. Idem quando ex priuatorum lite inquietatur ſtatus Reipublicæ. l. ſi quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de capti. & ſecundum Bald. & Ange. in l. æquiſsimum. aliàs eſt §. ſed ſi inter. ff. de vſufruct.

## DECISIO CCCCXI.

*Compromitti in iudicem.*

NOn poteſt de iure Ciuili compromitti in iudicem tanquam in arbitrum, ſed tanquam in arbitratorem poteſt, per l. ſi in ſeruū. §. ſi quis iudex. cum gloſ. ff. de arbi. ſecùs de iure Cano. per text. cum gloſſ. in c. cum tempore. extrà, de arbi. & ibi Panor. & communiter Cano. Innoc. in cap. ex parte. in glo. ordinarius. eo. tit. Spec. in tit. de arbitro. & arbitra. §. poteſt. verſicu. in iudicem. Ang. in l. 1. §. & poſt operis. ff. de operis noui nunc. Sed cùm inter Cano. reperiantur variæ & contrariæ opiniones in locis præallegatis circa hoc, & ſit clara deciſio de iure Ciuili in dict. §. ſi quis iudex, illi videretur ſtandum in vtroq; foro, iuxta theoricam Cano. in c. 1. extrà, de oper. noui nunc. & Legiſtarum in l. per hanc. C. de tempo. appel.

DECI-

## DECISIO CCCCXII.

*Sentẽtia de nocte.*

SEntentia lata de nocte eſt nulla, ſecundum gloſſ. in §. in diem. verſi. id autem. Inſtit. de verborum obliga. in l. more. ff. de fer. Bart. & cõmuniter Doct. ibi. per §. ſedebunt. in authen. de iudic. Licet contrarium tenuerit gloſ. in l. non minorem. C. de tranſact. in c. conſuluit. extrà, de offic. delega. & ibi Butri. niſi eſſet dies vltima inſtantiæ, quæ expiraret. d. c. conſuluit. vel niſi illa die actio expiraret, ſi non pronunciaretur. l. 2. & 3. ff. de fer. vel niſi de conſenſu partium feratur de nocte, ſecundum Doct. communiter in locis præallegatis, quaſi facta prorogatione de tempore ad tempus, vt in l. 2. §. ſi iudex. ff. de iudi.

## DECISIO CCCCXIII.

*Summa diuiſim petita.*

QVi petijt 10. quæ dixit ſibi deberi, & illa eſt conſecutus, poteſt poſtea alia decem petere, cùm dicat, quòd ſibi debebantur 20. niſi in prima petitione appoſuiſſet taxatiuam tantùm, vel duntaxat vel dixiſſet pro reſta. ſecundum Hugo. in l. rationes. C. de proba. in gloſ. Barto. & Bald. in l. ſiquidem. C. de tranſact. per l. 3. §. cum Titio. ff. de adimen. lega. Quod debet intelligi, quando non fuit per reum oppoſitum de diuiſione ſummæ, aliàs non admitteretur, petens partem debiti: imò cogeretur petere totum, per l. nulli. C. de iudi. & ſecundum Guil. & Bart. in l. quidam exiſtimauerunt. ff. ſi cert. peta.

## DECISIO CCCCXIIII.

*Laudo cõtraueniẽs*

QVi laudum arbitratoris emologauit (quia promiſerat in compromiſſo emologare cum iuramento & ſub pœna) ſi poſtea contraueniat laudo, probabiliter dici poteſt eum excuſari à pœnis. l. ſi quis maior. C. de trãſact. quaſi non liberè & ſpontè emologauerit, vt requirit dicta l. ſed metu iuramenti & pœnæ, qui excludit libertatem. l. Titia. ff. de verborum obliga. c. gemma. extrà, de ſponſa. & quia etiam ſi compulſio ad pactum vel tranſactionem eſſet iuſta, puta ex forma ſtatuti, non habet locum, ſi contraueniatur pœna dictæ l. ſecundum Bar. & communiter Doct. ibi, quia eſt pœnalis, & venit ſtrictè & propriè intelligenda, vbi eſt voluntas libera, non autem coacta quouis modo, quæ propriè voluntas non dicitur. cap. cùm locum. extrà, de ſponſa. & cùm caſus accidiſſet. do. Fulg. non fuit auſus determinare contrarium, licet in contrariam partem inclinare videretur, vt refert dominus Sandilia. in d. l. ſi quis maior. qui ſequitur, quod ſuprà concluſum eſt.

## DECISIO CCCCXV.

*Procurator cõiunctus.*

COniunctus pro coniuncto procuratorio nomine interueniens, & non coniunctorio, ſi non habeat mandatum, non admittitur, licet caueat de rato, ſecundum Salicet. & communiter Docto. in l. 1. col. prima. C. de procu. & ibi dominus Sandilia.

## DECISIO CCCCXVI.

*Contractus vſurarius.*

SI debitor, contra quem fit executio inſtrumenti guarentigiati ſeu condemnationis in forma Cameræ factæ in perſonam procuratoris alleget coram Epiſcopo contractum vſurarium eſſe, non poteſt de iure Epiſcopus inhibere executionem iudici temporali, donec ſit declaratum, an ipſe contractus ſit vſurarius, & inhibitio eſt minus legitima, ſecundum Angelum, Imolam & Nicellum in l. quarta. §. condemnatum. ff. de re iudi. Angel. in l. fundi. ff. de exceptio. niſi ſecundum Imolam, vbi ſuprà, reus coram iudice laico oppoſuiſſet contractum vſurarium eſſe, & ob hoc petijſſet cauſam remitti iudici eccleſiaſtico: qa tunc iudex laicus debet ſuperſedere, per ea, quæ habentur in cap. tuam. extrà, de ordi. cogni. Federicus tamen de Senis, & Butri. ibi, & in cap. debitores. extrà, de iureiurand. Ancharan. conſil. 22. & Bald. in l. conſulta. C. de teſta. vt refert & ſequitur domin. Præpoſit. in capit. dilecto. columna trigeſimatertia. extrà de appella. talem inhibitionem poſſe fieri dixerunt.

## DECISIO CCCCXVII.

*Poſſeſſor iniuſtus.*

LIcet etiam iniuſtus poſſeſſor priuari nõ debeat ſua poſſeſsione ſine citatione.l. meminerint. C. vnde vi.c. in literis.extrà,de reſtit. ſpolia.tamen hoc poterit facere iudex, quando illum de facto & parte non citata poſſeſſorem fecit, ſecundum Innocen.in c. querelam. extrà, de electio. in gloſſ. ſubſtractam. Bald.in notabilibus, in l. ſi pacto, quo pœnam.C.de pactis. Roma. & Nicel. in l.2.ff.de re iudic.gloſſ.in l.minor viginti quinque annis. ff. de euictio. in l.prima. in verbo,infirmabitur.ff.de ferijs.& 11.quęſt.3.c. excõmunicatos. Niſi fuiſſet in tali actu primo obmiſſa citatio propter ſcandalum,ſecundum Ioan.Andr. in addi. ad Spec.de ſenten.prola. §.ſpecies. additione, incipiente, Habeo de præcepto.dominum Alexand.in dicta l. ſi pacto. Felinus in c.nihil.extrà,de præſcriptio.2.colum.

## DECISIO CCCCXVIII.

*Fiſci fauor.*

DEbitor debitoris fiſci poteſt fauore fiſci compelli ad ſoluendũ,pendente dilatione ſibi competente,per caſum ſingularem, ſecundum Roma.in l. 1. C. de condi.ex lege, tenet dominus Nicel.in l.2.ff.de re iudi.& hoc facta diſcuſsione principalis,per l.non prius.C. quando fiſc.vel priua.

## DECISIO CCCCXIX.

*Compromiſſi prorogatio.*

ARbiter,cui eſt data ſimpliciter poteſtas prorogãdi compromiſſum, poteſt illud prorogare partibus non citatis,ſecundum Bal.in l.1.C. de ſenten. ex peric.recitan. Roma. & Nicellus in l. 2.ff.de re iudica.per l.diem proferre.in princi.ff.de arbit. Eſt tamen ſecundum Bald.in l.eos.§.Apoſtolos. C. de appell. parti talis prorogatio intimanda, aliàs iudex diceretur doloſè procedere, & ſecundum laudum partes nõ aſtringeret, nam præfixio termini, quæ poteſt alteri nocere, eſt illi intimanda. Clemen.1.de appella.l.ſecunda.C.de decurio. lib.10. Si autem ſit data poteſtas prorogandi

*Pluries.* pluries,poterit fieri prorogatio tantùm bis.l.vbi numerus. ff.de teſti. l. libertas. §.poſt annum.ff.de manu.teſta. Si verò pluries & pluries prorogandi poteſtas data ſit,intelligetur de quatuor vicibus: quia dictio,pluralis, geminata intelligitur de quarta. not. Bartolus in l.gemina arbor. ff. arbo. furtim cæſ. Si dicatur plurimis vicibus, intelligitur de tribus prorogationibus propter naturam ſuperlatiui, per gloſſ. quæ reputatur ſingularis, in verbo, plurimorum. in §. & quod ſæpè.in auth.de triente & ſemiſſe, collatione tertia.

*Pluries et pluries.*

*Pluribus vicibus.*

## DECISIO CCCCXX.

*Expenſæ quando veniant.*

SI iudex in ſententia dicat, victum victori in expenſis,nec adijciat condemnantes, non valet ſententia reſpectu expenſarum, quaſi non continens condemnationem, abſolutionem, aut æquipollens, ſecundum Bartolum in l. præſes.C.de ſenten. Bald.in l.errore,de teſtamen. Roma.& Nicellus in l.prima. ff.de re iudic. Licet ſecundum eos contrarium ſenſerit Bartol.in l.prima. §.fin autem. ff. de hæredib. inſtituen. cuius opinio ibi poſſet ſaluari, ſi eſſent adiecta illa verba,&c.quæ includunt omne, quod venit de natura actus. Iuxta tradita per Bart. & alios, in l. Gallus. §.idem credendum. ff. de liber. & poſthum. & probatur in l. ſi duo patroni.§.ſi quis iurauerit vendidiſſe.ff.de iureiur.

## DECISIO CCCCXXI.

*Sententia quãdo interlocutoria.* *Suprà deciſ.262.*

SEntentia ſuper ineptitudine libelli eſt interlocutoria, caſus eſt ſingularis,ſecundum Roman.in l. metum.§. ſed quod prętor.ff.quod metus cauſa.& ſecundum Nicellum,in Rubric. ff. de re iudica. Idem in ſententia ſuper recuſatione iudicis,ſecundum Archid. & Ioã. Andre.in c.iudex ab Apoſtolica.de officio delegati,in ſexto. Nicell. vbi ſuprà. Idem in ſententia ſuper deſertione appellationis,licet habeat vim diffinitiuæ, ſecundum Innoc. in c. auditis. extrà, de procurato. Angel.in l. Imperium. ff.de iuriſdict. omni. iudi. Baldus in l. ſecunda. C. de Epiſcop. audien. Roman. &

Nicel.

Nicel. in dicta Rubric. quod admittunt domini de Rota in nouiſ. deciſ. 432. ſuper Rubric. de re iudic. vt habeat vim diffinitiuæ, quãdo eſt appellatum à diffinitiua, vel à ſententia lata ſuper exceptione peremptoria, ſecùs ſi ab alio grauamine illato ante diffinitiuam.

## DECISIO CCCCXXII.

*Sentẽtia ſuper executione ſentẽtiæ.*

SEntentia lata ſuper executione ſententiæ, eſt interlocutoria, ſecundum communiter Doct. in l. ab executione. c. quorum appella. licet Iac. Butr. ibi teneat eſſe diffinitiuam. Idem in ſententia excommunicationis, ſecũdum Spec. in titul. de ſenten. §. ſpecies. verſic. ſententia autem excommunicationis. gloſ. Butr. & Panormit. in c. ſacro. de ſenten. excommu. Felin. in Rubric. extrà, de re iudi. Roma. & Nicel. in Rubric. ff. eod. Idem ſecundum eos, vbi ſuprà, in ſententia lata ſuper exceptione peremptoria, licet habeat vim diffinitiuę, vt etiam vult Bald. in l. penulti. C. de ſenten. ex pericu. recitan. & in ſententia ſuper incidenti, ſecundum eos, & Specu. in d. §. in princip. Nec in ea requiritur ſcriptura, per l. defendente, in verbo, faciaſ iudicata, & in verb. reſponſum habes. ff. de auto. tuto, ſecundum Bal. in d. l. pen. Idem in ſententia primi vel ſecundi decreti, ſecundum Barto. in l. ſi finita. § ſi fortè. ff. de dam. infect. Roma. & Nicel. vbi ſuprà, allegat gloſſ. in l. præſenti. §. ſi hoc facere. gloſſ. magna, in fin. C. de his qui ad Eccleſ. confugi. Licet ſententia ſecundi decreti habeat vim diffinitiuæ, & poſsit dici mixta, ſecundum Bald. in l. per hanc. circa fin. C. de tempo. app. & domi. Præpoſi. in c. cum ceſſante. 9. colum. extrà, de appel.

## DECISIO CCCCXXIII.

*Statutũ ſuper ſententijs.*

STatutũ ſimpliciter loquẽs de ſentẽtijs diffinitiuis, cõprehẽdit ſentẽtias interlocutorias habentes vim diffinitiuæ, ſecùs ſi expreſſè loqtur de mera diffinitiua, ſecundum Romanum & Nicel. in Rubric. ff. de re iudic. circa finem. & ſecundum eos. Ita determinauit Ange. per l. ſi ita legatum, in princip. ff. de legat. primo. nam & in huiuſmodi interlocutorijs, cùm tractatur de magno prędicio, requiritur peremptorium, vt in diffinitiua, ſecundum Bartolum in l. conſentaneum. C. quomodo & quando iudex. Nec in appellatione à talibus interlocutorijs requiritur inſertio cauſæ, ſecundum Ioan. And. in nouel. in c. peruenit. extrà, de appella. & gloſſ. ſingularem, ſecundum Roma. in c. fin. de elect. in 6. in verb. inanes. Imol. & Cardin. in Clem. appellanti. de appella. Bald. in l. minoribus. C. de his qui. vt indi.

## DECISIO CCCCXXIIII.

*Sentẽtia in dubio.*

APpellatione tamen ſententiæ in dubio intelligimus de diffinitiua, non de interlocutoria ſimplici. l. prima. §. quod in ſententijs. iuncta gl. ff. quando appellan. ſit, & ſecundum gloſ. in l. 1. C. ſenten. reſcin. nõ poſ. in c. cùm olim. extrà, de teſti. Imol. & Alexan. in Rubri. ff. de re iudi. Felin. in Rubric. extrà, eo. Ideò ſententia ab obſeruatione iudicij non excuſat iudicem, qui ex ſtatuto tenebatur ferre ſententiam intra certum tempus, ſecundum Barto. in l. generali. C. de decurio. libr. 10. & Nicel. in dicta Rubric. niſi ita iudicaſſet: quia ſibi de cauſa non liquebat, per nota. in l. properandum. §. 1. C. de iudic. Nec ſtatutum loquens de appellatione à diffinitiua, habet locum in appellatione ab interlocutoria, præſertim nõ habente vim diffinitiuæ, ſecundum Paul. de Caſtro, conſilio 23. incipiente, Viſo puncto. vt refert & ſequitur domi. Præpo. in c. paſtoralis, in 5. col. extrà, de appel.

## DECISIO CCCCXXV.

*Executionis dilatio.*

SI Princeps mandat aliquem puniri grauiori pœna, quàm deberet ex lege vel conſuetudine, iudex lata ſententia debet executionem differre per triginta dies, ac ſi Princeps illam tuliſſet. l. ſi vindicari. C. de pœnis. & ſecundum Nicell. in l. 1. ff. de re iudic. quia interim Princeps poterit vti miſericordia, quæ illi benè cõuenit. l. impialis. C. de nup. l. fin. C. de donat. inter vir. & vxor.

DECI-

## DECISIO CCCCXXVI.

*Tempus improrogabile.*

TEmpus inſtantiæ cauſæ principalis à iure vel ſtatuto præfixum prorogari non poteſt partium conſenſu, ſecundum gloſſ. & Doct. communiter in l. properandum. gloſſ. in verbo, triennij. C. de iudic. in l. 2. ff. de re iudica. cùm ſit principaliter fauore publico inducta, vt ſit litium finis, cui partes renunciare nõ poſſunt. l. ius publicum. ff. de pactis. l. 2. §. ſed quia. C. de iura. calum. Idem in inſtantia cauſæ appellationis, ſecũdum Barto. in authen. ſi tamen. C. de tempo. appel. Bald. in l. Centurio. circa finem. ff. de vulg. & pupil. Ioan. And. Panorm. & domi. Præpoſi. in c. ex ratione. extrà, de appella. Specu. eod. tit. §. nunc breuiter. verſic. licet autem detur annus, & ſequenti. Roma. & Nicel. in l. 2. ff. de re iudica. Licet contrarium teneat ipſe Bald. in extrauagan. de pace Conſtan. in verbo, in cauſis. in authen. ei qui, & in l. fin. C. de tempo. appel. per d. authen. ſi tamen. & Clem. quandiu. de appel. quæ iura ſecundum præfat. Docto. loquuntur non de prorogatione vltra tempus inſtantiæ, ſed de ſuſpenſione curſus temporis inſtantiæ, dum partes conſentiant nolle litigare.

## DECISIO CCCCXXVII.

*Tẽporis moderatio.*

IVdex poteſt moderari tempus anni datum ei, contra quem eſt facta miſſio ex primo decreto ad recuperandum poſſeſsionem abbreuiando, ſecundum Roma. & Nicel. in l. 2. ff. de re iudic. per caſum, iuncta gloſſ. in verbo, niſi intra certum tempus. in l. à quo fundus. ff. de damn. infect. Item augendo, ſecundum eundem Romanum, vbi ſuprà, per cap. cùm veniſſent. extrà, de eo, qui mittitur in poſſeſsio. cauſa rei ſeruandæ. quem text. dicit ad hoc ſingularem.

## DECISIO CCCCXXVIII.

*Dilatio rei.*

IN criminalibus non poteſt de iure ſtatuere iudex reo vnã dilationẽ & peremptoriam pro tribus, ſecundũ Cy. in l. 1. C. de requi. reis. Bald. in l. non ſunt liberi. ff. de ſtatu homi. Roma. & Nicel. in l. 2. ff. de re iud. Idem quando proceditur ad annotationem bonorum, ſecundum Cyn. vbi ſuprà. Et ſi velit citari clericus, qui non reperitur in ſuo beneficio, nec ſcitur vbi habitet, ſecũdum Io. Andr. & Butr. in Rubric. de Cleric. non reſid. Idem ſi velit moneri Clericus, vt à negotiationibus deſiſtat ad finem, vt aliàs amittat priuilegium clericale, ſecundum gloſſ. in Clem. 1. de vita & honeſt. cleri. Idem in caſu c. 1. de mili. vaſ. qui cõtumax eſt. in vſi. feud. ſecundum gloſſ. ibi in verbo, tertiam, & c. de illicita. 24. q. 3. Vbi videtur expreſſum, quòd in criminalibus poſsit fieri vna citatio pro omnibus, lòquitur ſecundum Roma. vbi ſuprà, quando ab initio crimen eſt manifeſtum, aliàs procedat d. concluſio. Etiam ſpeciale eſt in ſentẽtia excõmunicationis, vt poſsit fieri vna monitio pro omnibus. c. conſtitutionem. de ſen. excom. in 6. ſecundum Roman. vbi ſuprà. Specu. tamen titul. de cita. §. nunc de temporum. in fin. Inno. in c. ad petitionem. extrà, de accuſa. Bald. in d. l. 1. & in l. 2. C. vt intra cert. tempus. videntur tenere contra id, quod ſupr. in prin. dictum eſt, vt refert & ſequitur cum limitatione Felin. in c. cùm ſit Romana. in 2. colum. extrà, de appel.

## DECISIO CCCCXXIX.

*Interlocutoria.*

INterlocutoria lata ex falſa cauſa eſt ipſo iure nulla. l. 1. §. hæc verba. ff. ne vis fi. ei. l. cùm verò. §. ſubuentum. ff. de fideicommiſſa. liber. & ſecundum Bal. in repetitione l. 2. ff. de iureiur. circa 30. col. Nicel. in l. 2. ff. de re iudi.

## DECISIO CCCCXXX.

*Præſumptio, ſ pro curatore.*

SI iudex ſententiam dicat: Reſeruo iudicare de fructibus, quia nunc de eis non liquet, poterit ſuper eis alia die iudicare, ſecundum Spec. in titul. de diſputa. & alleg. §. fin. verſi. quid ſi de fructibus. & Ioan. Andr. ibi in additio. gloſ. cum Barto. in l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. licet contrarium teneant Sali. ibi & Ange. in l. Paul. ff. de re iudi. allegans Innoc. in c. cùm dilectus. extrà, de dolo & contu.

DECI-

## DECISIO CCCCXXXI.

*Hora intẽpeſta.*

QVando proceditur ad aliquem actum alia hora, quàm ſtatuta, non tenet actus, & dicitur clandeſtinus. l. fi. §. fin. & ibi Bartol. ff. quod vi aut clàm. Spec. in titu. de ſen. prola. §. iuxta. verſic. Eſt etiam nulla, niſi iudex ad aliam horam prorogaſſet dietam, citato non comparente, per cap. conſuluit, iuncta gloſſ. extrà, de offic. delega. ſecundum Ange. in l. de vnoquoque. ff. de re iudic. Butr. & Panorm. in c. cùm dilecti, extrà, de dolo & contu.

## DECISIO CCCCXXXII.

*Tempus prorogatum.*

TEmpus datum à iudice, partium conſenſu prorogari poteſt. Et ideo non ſoluens intra terminum à iudice ſtatutum, ſub excommunicationis pœna vel pecuniaria, non incidit in pœnam facta termini prorogatione per partem, dummodo ſoluat in termino prorogato. l. Celſus. ff. de arbi. & ſecundum Bar. in l. 1. §. poſt operis. ff. de oper. nou. nuncia. Cano. communiter in c. ptæterea. el 2. extrà, de appel.

## DECISIO CCCCXXXIII.

*Tempus quadrimeſtre ad ap.*

COndemnatus ab eo iudice, à cuius ſententia appellari non poteſt, temporis quadrimeſtris beneficio non gaudet, per §. aliud. in authent. vt ſponſali. largi. vnde ſumitur authen. quę ſupplicatio, C. de preci. impe. offe. & ſecundum Nicel. in l. 2. ff. de re iudi. Idem, ſecundum eum ibi in appellante, qui appellationem deſeruit, per gloſſ. in verb. executioni mandabitur, in l. ſecunda. C. de tempo. appel. facit l. nonnulli. in verbo, mox. C. de appel.

## DECISIO CCCCXXXIIII.

*Arbiter cõpulſus.*

ARbiter per quem ſtetit, quin intra tempus compromiſſi cauſa fuerit deciſa, compelli poteſt, vt iterum in ſe compromiſſum recipiat, per caſum, qui reputatur ſingularis. in l. ſi qua alia. §. fi. ff. de arbit. & ſecundum Nicellum in l. ſecunda. ff. de re iudi.

## DECISIO CCCCXXXV

*Exceptiõ ſuſpicionis.*

REgulariter poſt concluſionem in cauſa ne differatur ſententia, non poteſt opponi exceptio, etiam reddens proceſſum retrò nullum, licet poſt ſententiam ſit, not. Bal. in l. quamuis. C. de adul. nec exceptio ſuſpicionis iudicis, etiam ortę poſt concluſionem in cauſa, ſecundum do. Præpoſi. in c. cum ſpeciali. colum. 12. extrà, de appel. Feli. tamen in c. paſtoralis. in 6. colum. extrà, de except. tenet contrarium in exceptione ſuſpicionis ortæ poſt concluſionem in cauſa. Sed iudex ex officio poterit de huiuſmodi exceptionibus inquirere, ſecundum priores Doct. vbi ſuprà, & per tradita per Barto. in l. 1. colu. pen. C. ſen. reſcin. non poſ. Spec. in tit. de renun. & concluſione. §. 1. verſic. & ſcias.

## DECISIO CCCCXXXVI.

*Collecta remiſſa.*

EXactor publicus poteſt collectam pauperi remittere, ſecundum gloſ. in l. omnes. la 1. C. de anno. & tribu. lib. 10. ſentit Bald. in l. etiam. C. de execu. rei iudic. Roman. & Nicel. in l. 4. §. actor. ff. de re iudic. per l. ſi benè. ff. de vſu. l. ſi ſeruos. in fin. ff. de pigno. actio. l. damni. in princ. ff. de damno infecto. vbi dicit Iuriſconſultus, quòd honeſtus modus eſt ſeruandus, non autem cuiuſcunque luxuria immoderata ſequenda.

## DECISIO CCCCXXXVII.

*Procurator conuetus ex ſtipulatu.*

LIcet procurator, qui litigauit, non patiatur executionem ſententiæ, poterit tamen conueniri ex ſtipulatione & promiſsione ſua de iudicatum ſoluendo, per l. ſi procurator meus. in fi. ff. de procur. nam ſic ſatiſdando procurator intelligitur ſe liti offerre, & patitur executionem ſententiæ. l. Plautius. ſecundum verum intellectum. ff. eo. & ſecundum domin. Nicel. in l. 4. §. actor. ff. de re iudic.

## DECISIO CCCCXXXVIII.

*Obligatus ſoluere.*

OBligatus ſoluere auditur, volens de ſoluẽdo ſatiſdare, ex magna tamen

men & idonea cauſa inſpecta qualitate rei & perſonæ, etiamſi eſſet condemnatus: puta, ſi rationes, ad quas reddẽdum eſt condemnatus, ſint intricatæ, nec liquidatæ, aut parcellę ſolutorum, & hinc inde datorum, nondum forent liquidatæ, ſecundum glo. fi. in fi. Ang. & Nicel. in l. 4. §. ait prætor. ff. de re iudic. vbi Angel. ponit cautelam, quam tunc ſeruare debet condemnatus. facit l. ſi reſiduum. C. de diſtrac. pigno.

## DECISIO CCCCXXXIX.

*Inſtrumẽtorum repertio.*

REpertio inſtrumentorum poſt ſententiam, & non ante, licet debita diligentia antè interceſſerit, eſt iuſta cauſa, vt competat reſtitutio in integrũ, aduerſus ipſam ſententiam ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa, de qua in l. 1. in fin. ff. ex quib. cauſ. maio. licet ipſa ſententia tranſiuerit in rem iudicatam, ſecundum Innoc. in c. vltra terminum. extrà. de teſtib. Bartol. in l. 1. C. de ſen. aduer. fiſ. latis. lib. 10. Ange. Imol. & Nicel. in l. imperator. ff. de re iudi. D. Alexan. in l. admonendi. col. 9. ff. de iureiurand.

## DECISIO CCCCXL.

*Mandatum inualidum.*

NOn valet mandatum, in quo conſtituens promittit habere ratum, quicquid per ſuũ procuratorẽ legitimè geſtum extiterit, ſecundum Spec. in tit. de procura. §. ratione autem. verſi. item excipitur. Goffre. in c. fi. de dilatio. Bal. in l. ſi procurator. ff. de procu. in Rubric. extrà, eod. in 4. col. gloſſ. in c. relatio. 21. q. 1. quia conſtituens ſemper opponeret non eſſe legitimè factum, & ſic res ſemper eſſet dubia, ideò non valet.

## DECISIO CCCCXLI.

*Inſtantiæ effectus.*

QVod dicitur perempta inſtantia cauſæ principalis non perire effectus concernentes deciſionem cauſæ, vt per Bart. in l. cum lite. ff. iudi. ſol. procedit, quando inſtantia perit tempore, ſecùs ſi renunciatione vel pacto, quia tunc omnia pereunt, ſecundum Ange. notabiliter ibi, per l. cum mota. C. de tranſactio.

## DECISIO CCCCXLII.

*Appellatio iuſtificata.*

APpellatio ab interlocutoria poteſt iuſtificari ex nouis allegationibus & probationibus: quando allegatio vel exceptio de nouo habet ortum ex facto aduerſarij, vt in l. ſiue manifeſtis. §. tam diu. ff. de condi. furti. vel quando de nouo ſuperuenit ad notitiam appellantis, ſecundum Bald. in l. inuitus. 4. colu. C. de procura. Item quando interlocutoria eſt lata contra abſentem, ſecundum Bart. in l. ait prætor. §. permittitur. ff. de mino. Item quando infert grauamen irreparabile per appellationem à diffinitiua, vt in l. 2. ff. de ap. reci. Idem in interlocutoria ſecundi decreti vel banni, ſecundum Bar. Bal. & Sali. in l. per hanc. C. de tempo. appell. domini de Rota in noui ſ. deciſ. 89. Et quando iudex à quo, coram quo erat ablata probatio, nõ admittat probationem, vel non patiatur acta ſcribi coram eo, vel deneget copiam requiſitam ab appellante, ſecundum Bald. in dicta l. per hanc. Nicell. in l. eius. ff. de appel. recip. & in allegationibus iur. ſecundum eundum Bald. vbi ſuprà. Hæc ſunt ad limitationem Clem. appellanti. de appel.

## DECISIO CCCCXLIII.

*Innouatio appel. pendente.*

APpellans, ſi innouet aliquid appellatione pendente, priuatur beneficio appellationis, & in cauſa principali procedi poterit appellatione non obſtante. Ita notabiliter Ioan. Andre. in c. non ſolum. de appel. in 6. in gloſſ. magna. verſic. vnum ſcias. Ange. & Nicel. in l. ſi cuius. ff. de appel. reci. Inn. in c. ex parte. ſecunda columna. extrà, de reſcript. ſentit, quòd ſi appellans ſpoliet poſt appellationem victorem, videtur appellationi renunciare. Faciunt nota. per Doct. in c. an ſit. & in c. cùm teneamur. extrà, de appel.

*De hoc vide latiùs Iaſ. in l. naturaliter. §. nihil commune. nume. 133. ff. de ac. poſſ.*

## DECISIO CCCCXLIIII.

*Cognitio ſummaria.*

NOn admiſſa appellatione à iudice à quo iudex, ad quem ſummariè habet cognoſcere, an fuerit admittenda, ſecundum Hoſtienſ. & Innocent. in

cap.

cap. paſtoralis. extrà, de offic. delega. Bart. in l. ſi cuius. aliàs ſciendum. ff. de appell. recip. Imò etiam parte abſente poteſt procedi ad talem cognitionem, ſecundum Innoc. vbi ſuprà in gloſſ. ſuſpendatur. ad fin. & gloſſ. in l. 1. C. quorum appel. quæ videtur dicere requiri plenam probationem. Intelligitur de plena probatione, quo ad ſummariam cognitionem, non autem quo ad ordinariam, ſeu quo ad ordinem iudicij, ſecundum Barto. vbi ſuprà.

## DECISIO CCCCXLV.

*Appellatio in mero poſſeſſorio.*

APpellari poteſt à ſententia lata in mero poſſeſſorio, etiam de iure Ciuili, quando per petitorem non poſſet eſſe conſultum poſsidenti, ſeu detinenti aliter, quàm per retentionem, vt in caſu l. qui exceptionem. §. ſi pars. ff. de condi. indeb. ſecundum Bart. Ang. & Doct. in l. 2. ff. de appell. reci. quia tunc agitur de magno præiudicio. & l. 1. C. ſi de momen. poſ. ſecundum eos procedit, vbi victus aliquo remedio petitorio poteſt poſſeſsionē reuocare. Idem quando iniquitas & cauſa appellandi eſſet euidens & in promptu, ſecūdum Guil. de Cun. in l. ſi ex cauſa. §. nunc videndū. ff. de minori. Bald. in l. conſentaneum. C. quomodo & quando iudex. & in d. l. 1. do. Præpoſit. c. dilecto. col. 29. extrà, de appella. De iure autem Cano. appellatur indubitanter à tali ſententia, vt per Ioan. Andr. & communiter Cano. in c. paſtoralis. extrà, de offic. deleg. Innoc. in c. ſignificantibus. extrà, de operis no. nuncia. eſt text. in c. ex conqueſtione. extrà, de reſti. ſpolia.

## DECISIO CCCCXLVI.

*Cautela pro appellantibus.*

CAutela eſt, vt quando appellans non poteſt habere copiam ſententiæ, petat interrogari victorē, an in eius fauorem ſit lata ſententia: qui ſi reſpondeat, quòd ſic, ſufficiat appellanti: ſi noluit reſpondere, imponetur ei ſilentium, ſecundum Innocen. in cap. g. perpetuus. extrà, de fide inſtrumentorum.

## DECISIO CCCCXLVII.

*Poſſeſſor appellans*

POſsidens, contra quem eſt lata ſententia, & appellauit, nō dicitur innouare, ſi poſſeſsionem ſuam cōtinuet, ſecundum Ioan. Andr. in c. non ſolùm. de appel. in 6. Alberic. in l. 1. ff. nil no. appel. penden. in prin. Ang. in l. ſi cuius. ff. de appel. reci. do. Præpoſi. in c. cùm teneamur. in princ. extrà, de appel. per illum text. & c. 1. extrà, vt lite pen. c. cùm perſonæ. §. pen. de priuileg. in 6.

## DECISIO CCCCXLVIII.

*Iudex Apoſtolos recuſans.*

LIcet iudex, à cuius interlocutoria eſt appellatum, nec detulit appellationi, poſsit in cauſa procedere ante inhibitionem. c. non ſolùm. de appel. in 6. tamen ſi debitè requiſitus non dederit Apoſtolos, ſic procedendo facit proceſſum nullum. c. ab eo. & c. cordi. & ibi notatur circa princi. de appel. in 6. Niſi per comparitionem appellantis coram iudice à quo, in cauſa principali eſſet appellationi renunciatum. ca. gratum. extrà, de offic. delega. ſecùs ſi comparuiſſet, vt doceret de grauamine. c. ſi à iudice. de appella. in 6.

## DECISIO CCCCXLIX.

*Appellatio alternatiua.*

APpellatio alternatiua, puta, appello ad Archiepiſcopum, vel ad Papam, & copulatiua valet, dummodò appellans intra tempora appellationis interponendæ declaret, coram quo iudice proſequi vult, ſecundum gloſſ. magnam. circa finem. in c. ſi is cui. de offic. delega. in 6. quæ loquitur de alternatiua. Spec. titul. de appella. §. nunc tractemus. verſic. quid ſi dicat. Ange. in l. 1. §. ſi quis. ff. eod. Bald. & Angel. in l. cùm proponas. C. de bo. auto. iudi. poſ. dom. Præpo. in c. dilecti. circa fin. extra, de appel. domini de Rota deciſ. 213. in nouiſ. tenent, valere talem appellationem, licet intra decendium non fiat dicta declaratio.

## DECISIO CCCCL.

*Appellatio in notorijs.*

LIcet in notorijs non admittatur appellatio in criminalibus. c. cùm ſit



Roma.

Roma, c. peruenit. & c. conſuluit. extra, de appella. illud limitatur, niſi quando tale notorium haberet aliquas probabiles excuſationes, vt poteſt habere iuxta not. in c. 1. de offic. delega. in 6. & per Innoc. in c. veſtra, extra, de cohabi. cleri. & mulie. vt quia ille, qui interfecit hominem in conſpectu populi, dicat ſe feciſſe ad ſui defenſionem, vel quòd erat bannitus: quem ex forma ſtatuti licebat occidere: quia tunc debet admitti eius appellatio, ſecundum Panorm. & domin. Præpoſi. in dict. c. conſuluit. Nicol. in l. creditor. §. iuſſus. ff. eo. & notatur in iuribus prædictis.

## DECISIO CCCCLI.

*Cõuictus appellans*

CONfeſſus & conuictus in ciuilibus non auditur appellans, ſecundum gloſſ. cum Bart. in l. 2. C. quorum appella. Bart. Dyn. & Imo. in l. creditor. §. iuſſus. ff. de appella. do. Præpoſi. in c. cum ſpeciali. §. porrò. extrà, de appel. qui dicit, hanc eſſe communem opinionem, licet contrà ſenſerint Petr. Iacob. Butri. & Salic. ſecundum eos.

## DECISIO CCCCLII.

*Appellatio à diffin.*

APpellari poteſt à diffinitiua etiam ex hac ſola cauſa, vt non probatũ probetur, & non allegatum allegetur, licet attentis agitatis ſententia non ſit iniqua, ſecundum gloſſ. in l. creditor. §. iuſſus. ff. de appel. Bart. in l. 1. §. quæſitũ. eod. tit. in l. ait prætor. §. permittitur. ff. de mino. Bald. in l. eos. C. de ap. do. Præpoſi. & Feli. in Rubr. extra, eo. probatur in l. non tantum. ff. eo. in l. 2. C. quorum ap. Non tamẽ per hoc poterit appellans aliquid noui petere, quod in primo iudicio petitum non ſit, & ſi poſsit noua allegare circa petita, ſecundum Panor. & Fel. in c. ſignificauerunt. extrà, de except. quod nota. ad limitationem. l. per hanc. C. de tempo. app.

## DECISIO CCCCLIII.

*Appellatio à cõſilio electorum.*

A Sententia lata de conſilio electi de partium voluntate poteſt appellari, ſecundum Bartol. & communiter Doct. in l. ſi conuenerit. ff. de re iudic. in l. 1. §. quæſitum. ff. de appella. Panorm. & Feli. in c. cauſam, quæ. in principio, extra, de re iudic.

## DECISIO CCCCLIIII.

*Appellãs cõſulitur.*

COnſilium eſt, vt appellans dicat ſimpliciter, appello, vel appello ad iudicem competentem, & ſufficit, ſecundum Bartol. & Imo. in l. prima. §. ſi quis in appellatione. ff. de appel. Spec. eod. titul. §. nunc tractemus, verſic. ſed quid ſi quis ſimpliciter dicit. Bald. in l. apertiſsimi. circa medium. C. de iudic. per glo. in l. cùm proponas. C. de bo. auto. iudi. poſſ. & ibi Angel. & Salic. Idem Ange. & Imol. in l. qui Romæ. §. penult. ff. de verb. obliga. tenetur tamen ſecundum Specul. vbi ſuprà, ſic appellans declarare intra tempus appellationis interponendæ, de quo intellexerit, aliàs non procederet appellatio, & ſecũdum domin. Præpo. in c. dilecti. colum. 8. extra, de appel. per glo. in l. ſi is cui. de offi. delega. in 6. Licet Panorm. in c. 2. in c. vt debitus. extrà, de appell. teneat contrarium prædictæ deciſionis. Cõmuniter tamen tenetur ſecundum præfatos Doctores, quod prædixi in principio, maximè de iure ciuili, vt procedat talis appellatio, licet non fiat declaratio, vt ſuprà, & ſecundum dom. de Rota deciſ. 213. in nouiſ. in Rubr. de appel.

## DECISIO CCCCLV.

*Appellatio omiſſo medio.*

SI appelletur ad maiorem obmiſſo medio, valet appellatio, non tamen quo ad effectum deuoluendi cognitionem ad ipſum maiorem, ſecundum glo. & Docto. in l. 1. §. ſi quis in appellatione. ff. de appel. primum poteſt limitari, ſecundum Bart. ibi, niſi maior eſſet omninò incompetens, aut ſaltem ratione diſſimilitudinis poteſtatis, vt quia à iudice laico ad eccleſiaſticum appellaret: quia nulla eſſet appellatio.

## DECISIO CCCCLVI.

*Appellatio geminata.*

QVi ſtatim viua voce appellauit, ſi intra decendium, etiam in ſcriptis ap-

ptis appellet, poterit proſequi vtram velit, & vtranque ſimul: quia geminare appellationem non nocet, ſecundum Innoc. in c. dilecto, circa fi. extrà, de appel. Ioan. Andr. in c. bone. eod. titul. in nouella. Bald. in l. 3. C. de appell. in c. 1. quo tempore miles. in vſi. feu. & Alb. in l. pacta nouiſsima. C. de pact. Et ſecunda operatur, quo ad differendum tempus appellationis proſequendę, non quo ad ſententiæ reſciſsionem, & deuolutioné: quia in his duobus prima iam operata eſt, ſecundum Bald. vbi ſuprà, licet Bart. in l. cùm ꝓcurator. §. dominus. & Imol. in l. 1. §. libelli. ff. de app. ſentiant ſecundam nil operari, quod procedit quo ad dictos duos effectus tãtùm. Idem ſentit dominus Prępoſitus in Rubr. & in c. ſua. extrà, de appel. col. 29. in d. Rubr.

## DECISIO CCCCLVII.

*Appellatio in ſcriptis.*

NOn ſufficit, quando debet in ſcriptis appellari, facere ſcribi appellationem, & dictare in actis, nec ex hoc videtur in ſcriptis appellatum, ſed debet appellatio in ſcriptis tradi notario, ſecundum Bartolum in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de libe. & poſthum. Ange. in l. quacunque. ff. de publi. in §. primo. Bald. in addit. ad Specul. in titul. de appel. §. 1. colum. 12.

## DECISIO CCCCLVIII.

*Appellatio ab expẽ. omiſſione.*

AB omiſſa expen. condemnatione poteſt appellari, ſecundum Ange. & Imol. in l. fin. §. final. ff. de appella. niſi victus appellauerit: quia tunc victor nõ poteſt appellare, propter obmiſſam cõdemnationem expen. cùm in cauſa appellationis ſui aduerſarij poſsit proſequi grauamen expen. l. fin. C. quorum appel. Quod non procederet, quando iudex à quo abſoluiſſet victum ab expenſis, & quando victus tantùm appellat in partibus cõtra ſe facientibus: nam tunc victor debet appellare reſpectu expen. nec procedit dicta l. fin. ſecundum Imo. & Felin. in c. ſignificauerunt. extrà, de excep. Panorm. in c. cum Io. colum. vltima. extrà, de fide inſtrument. primum etiam tenent domini de Rota in nouiſ. deciſione 356.

## DECISIO CCCCLIX.

*Reuocatio interlocutoria.*

APpellatione ab interlocutoria pendente poteſt iudex ipſam interlocutoriam reuocare, & ſic ſe de cauſa principali impedire. cap. cum ceſſante. extr. de app. eſt gloſſ. quæ reputatur ſingularis in c. Eccleſia veſtra. el 2. in verb. adijcere. circa medium. extr. de elect. Niſi iam eſſet inhibitum per iudicem ad quem: quia tunc reuocare non poteſt, cùm ex eo negotium cenſeatur perfectè ad ſuperiorem deuolutum, ſecundum Doct. in l. 1. in prin. ff. nil no. ap. pen.

## DECISIO CCCCLX.

*Cõdemnatio plurium.*

VBi plures eadem ſententia ſunt cõdemnati in cauſa ciuili, licet eadẽ ſit cauſa defenſionis omnibus: tamen appellatio & victoria vnius, qui appellauit, non prodeſt cæteris, qui tacitè vel expreſſè acquieuerunt ſententię, eſt notabilis limitatio, quæ ſumitur ex gloſſ. in l. tertia. § penult. in vltima ſolutione. ff. de appel. ad l. 1. & 2. C. ſi vnus ex pluribus. nam acquieſcendo ſententiæ videtur à remedio appellationis recedere. l. tale. §. qui prouocauit. & ibi gloſſ. ff. de pact. tenet Felin. in c. cùm ſuper. 2. colu. extrà, de re iudic.

## DECISIO CCCCLXI.

*Sentẽtia arbitramentalis.*

ARbitramentalis ſententia non debet executioni mandari, pendente reductione ad arbitrium boni viri: quia reductio habet inſtar appellationis, ſecundum Bald. in repe. l. tale. §. qui prouocauit. ff. de pac in 22. quæſt. & domin. Cato. ibidem faciunt not. in l. ſi ſocietaté. §. arbitrorum. ff. pro ſocio. in l. non diſtinguemus. §. arbiter. ff. de arbi.

## DECISIO CCCCLXII.

*Appellatio cui negata.*

MAnifeſtè conuictus non appellat, ſecundum gloſſ. & Bart. in l. addictos. C. de app. in notorijs enim non admittitur appellatio. c. Roma. §. ſin autem.

tem. de app. in 6. vult Bald. in l. 2. circa medium. C. quo. ap. Secùs in non manifeſtè conuicto, vel in cōfeſſo tantùm: quia poteſt appellare, ſi in appellatione dicat, ſe confeſſum per errorem, vel aliam cauſam legitimam contra confeſsionem alleget, ſecundum Ioan. Andre. in dicto c. Romana. Angel. & Alber. in d. l. 2. eſt de mente gloſſ. in verbo, vel alio modo. in c. cum ſpeciali. §. porrò. extrà. de app. Barto. in l. creditor. §. iuſſus. ff. eo.

## DECISIO CCCCLXIII.

*Clauſula appellatione remota.*

CLauſula appellatione remota, ſimpliciter appoſita in reſcripto vel delegatione inferioris à Papa vel Imperatore de iure Ciuili & Cano. non operatur remotionem appellationis, niſi in interlocutoria, & tunc quando appellatio eſſet friuola, aliàs non, ſecundum Barto. in l. 1. §. interdum. ff. à qui. appel. non l. Hoſtien. in ſumma, eod. tit. de ap. & in titu. de offic. delega. §. quòd ſi eius officium, ad fin. & verſic. ſed quæ eſt ratio. Spec. in titu. de app. §. in quibus. ad fin. verſic. ego dico. Butri. in c. paſtoralis. extrà, eo. glo. Bart. & Salic. in l. fin. C. de ſen. & interlo. omnium iudicū. Imo. in l. nemo poteſt. ff. de legat. 1. facit gloſ. in c. fin. de hæret. in 6.

## DECISIO CCCCLXIIII.

*Appellatio in delicto remota.*

QVando in aliq delicto remouetur appellatio, nō intelligitur remota, niſi prius conſtet de ipſo delicto. Ideò ab interlocutorijs dum diſcutitur de tali delicto poteſt appellari non à diffinitiua, ſecundum Butri. & Imol. in c. paſtoralis. extrà, de appel. Archid. Ioan. Andr. & Gemin. in cap. vt inquiſitionis. de hæreti. in ſexto. facit l. non ignorat. cum gloſſ. & Barto. C. qui accu. non poſ. & quod tradit Barto. in l. prima. §. 2. ff. quod vi aut clàm.

## DECISIO CCCCLXV.

*Sentētia in exequēdo.*

IVdex à quo non debet lapſo tempore appellationis proſequendæ ſententiam executioni mandare, niſi citato appellante ad dicendum cauſam, quare ſententia executioni mandari non debeat. l. ſi contra maiorem. C. de app. & ibi Bald. & Salic. & idem Bald. in l. eos. C. eo. in prin. & domini de Rota deciſi. 422. in nouiſ. Bar. in l. 1. ff. nil no. ap. pen. Panorm. in c. ex ratione. extr. de ap. vult enim dicta l. ſi contra. conſtare debere prætori de negligentia in proſequendo appellationem, quod non poteſt, niſi parte citata, quæ potuit habere impedimenta, quæ allegabit, & excuſabunt à negligentia. facit l. ſi. §. illud. C. de tempo. app. licet Innoc. in d. c. ex ratione. & in cap. cùm ſuper. extr. de re iudica. teneat citationem non fore neceſſariam in dicto caſu, quando fit executio in rebus adiudicatis per ſententiam, ſecùs in alijs.

## DECISIO CCCCLXVI.

*Appellatio ſtatim recepta.*

SI iudex ad quem abſque cauſæ cognitione ſaltem ſummaria, appellationem ſtatim recipiat, poteſt ab eo appellari, & fortius, ſi concedat inhibitorias, ſecundum Barto. in l. prima. in fin. C. quorum app. facit cap. Roman. §. ſi verò vocatus. de app. in 6. & quod not. Specu. eodem titu. §. de offic. verſic. ſed quæritur. Niſi ipſi iudici cōſtaret per exhibitionē ſententiæ & appellationis eſſe appellationem ad ſe deuolutam, ſecundum domin. de Rota in nouiſ. deciſ. 11. incipiente, Fuit dubitatum, quod eſt de mente Ioan. Andre. in dicto §. ſi verò. dum dicit, quòd cauti appellanter portant ſecum ſententiam & appellationem, quas oſtendunt iudici, ad quem conſtet appellationem ad eum deuolutam.

## DECISIO CCCCLXVII.

*Appellatio ab arbitrio.*

A Sententia arbitri ex neceſsitate ſtatuti vel præcepto iudicis electi appellatur. l. fin. & ibi Bart. & communiter Doct. C. de iudi. in fin. Et ſic emptor victus per talis arbitri ſententiam poterit agere contra venditorem de euictione, quod aliàs non poſſet. l. ſi dictum. §. ſi compromiſero. ff. de euict. quod probat ille text. Ibi nulla enim neceſsitate

ceſsitate cogente id feci, à cõtrario ſenſu, iuncta gloſſ.

DECISIO CCCCLXVIII.

*Officialis non appellans.*

OFficialis condemnatus in ſyndicatu, ob dolum in adminiſtratione officij commiſſum non appellat, ſecundum Iacob. Butri. Cyn. & Bart. in l. nulli. C. quorum appel. Spec. in titul. de appel. §. in quibus. verſicul. 3. ſpecie. poteſt tamen ſecundum eos ſupplicare. l. fi. C. vt lit. pen. authen. quę ſupplicatio. C. de precibus impera. offe.

DECISIO CCCCLXIX.

*Iudex ad quẽ quid ſeruet.*

IVdex appellationis debet ſeruare modum, terminos, ſtylum, ſtatuta, & conſuetudinem fori iudicis à quo, quia ei ſuccedit, vt cõfirmator vel infirmator, in authen. vt cùm de app. co. in princip. colla. 8. & ſecundum gloſſ. in c. illud. 12. diſtinct. Inno. in Rubr. extrà, de conſue. Bald. in tit. de pace Conſtan. §. in cauſis. in 1. col. in c. ad noſtram. extrà, de appel. do. Præpo. in Rubri. extr. eo. domini de Rota in nouiſ. deciſ. 20. in Rubr. de app.

DECISIO CCCCLXX.

*Nullitas nõ obſtat executioni.*

NVllitas principaliter deducta coram ſuperiore agendo non impedit executionem ſententiæ, ſecundum Ange. & Imol. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudica. Innocen. in c. cùm in iure. in gloſſ. 1. ibi, alij dicunt & fortè melius. extrà, de offic. deleg. Spec. in tit. de libel. concep. §. nunc videndum. in fine. Ioan. Andr. in addi. ad Specu. in titul. de lit. conteſt. §. quoniam. verſicu. quid de cauſa nullitatis. dom. de Rota deciſ. 284. in nouiſ. in Rubr. de re iudi. licet Cu. in d. §. condemnatum. tenuerit contrariũ, Prima verior, niſi fortè nullitas eſſet euidens, per ea, quæ dicentur in ſequenti deciſione. Et niſi in tribus caſibus, quos ponit dominus Præpo. in c. dilecto. colum. 34. extrà, de appella.

DECISIO CCCCLXXI.

*Clemẽtia vt calumnijs.*

CLemẽtina vt calumnijs, de re iudi. Et ſic ſtatutum prohibens appellari, vel de nullitate dici, vbi ſunt ſententiæ conformes, non procedit, quando nullitas ſententiarum eſſet euidens per actorum inſpectionem, vel aliter, ſecundum Bald. & Sali. in l. 1. C. ne lit. ter. prouo. Bald. in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. Card. in Clem. 1. de ſequeſtra. poſ. circa penul. & vltimam colum. Ange. conſ. 172. incipien. In nomine Domini, in facto proponitur. Alex. conſil. 77. in 2. volum. in 5. colu. in verſ. & inſuper. Oldrad. conſil. 106. Cun. in l. 1. in princ. ff. de operis noui nunc. & in dicto §. condemnatum. eſt text. in c. inter cæteras. extrà, de re iudic. & ibi Feli. in c. per tuas. extra, de ſen. excom. & gl. in verbo, poſt appellationem. in cap. ex conqueſtione. extra, de reſti. ſpolia. Innoc. in c. cùm in iure. extra, de offic. deleg. do. Alex. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de operis noui nunc. dom. Præpoſi. in c. dilecto. colum. 402. extra, de appella. Non procedit etiam dict. Clem. ſecundum Card. ibi, quando executio ſententiarum eſſet irretractabilis. Item nec quando victor paſſus eſſet cognoſci de nullitate per victum oppoſita, ſecũdum domin. Alex. conſilio 218. incipiente, In cauſa & lite vertente coram reuerendo. colum. vlt. ad quod vide dicta in deciſione 244. & Felin. in c. inter monaſterium. colu. 16. extra, de re iudi. Item nec habet locum dict. Cle. & tale ſtatutum, quo ad præiudicium tertij, ſecundum Card. ibi in 4. q. & Butri. conſil. 18. vt refert & ſequitur do. Præpoſi. in c. paſtoralis. colum. 6. extra, de appel. Item nec per tale ſtatutum cenſetur remotum remedium reſtitutionis in integrũ, aduerſus ſententias, quaſi competat iure extraordinario, niſi id etiam in ſtatuto ſpecialiter exprimatur, ſecundum gloſ. & Bald. in l. poſtquam liti. verſicu. 2. opnitur. C. de pact. in l. 1. C. ſi de momẽta. poſſeſ. Cy. & Fulg. in l. 1. C. quando impera. inter pupil. & vid.

DECISIO CCCCLXXII.

*Appellatio à reformatione.*

SI ſtatuto loci, vt eſt in Cherio, caueatur, quòd qui ſemel à ſententia appellauit, non poſsit iterum appellare, & la-

& lata ſententia, à qua fuit appellatum, iudex appellationis pronunciauerit ſententiam nullam, & etiam illam reformauit, à tali reformatione iterum poterit appellari: quia dictum ſtatutum loquens de ſententia debet intelligi de valida, non de nulla, quæ nõ eſt ſententia. l. 4. §. eodem natum. ff. de re iudi. ſecundum Cyn. & Nicel. ibi facit, quod tradit Bart. in l. 1. §. 1. ff. quod vi aut clàm.

## DECISIO CCCCLXXIII.

*Appellãs finito tẽpore proſequitur.*

LIcet finito tempore inſtantiæ cauſæ appellationis non poſsint partes procedere coram iudice ad quem. Cle. ſi appellationem, de appella. tamen appellato ante tale tempus finitum proſequente poterit appellans etiam proſequi & finire, etiam finito tali tempore, ſecundum Roma. & Nicel. in l. 2 ff. de re iudic. per c. 2. de reſcrip. do. Ant. de But. in c. ſæpè. extrà, de appel. & tunc appellans ex perſona appellati proſequentis conſequitur, quod non haberet ex ſua, ſecundum Butr. vbi ſuprà, & Panor. in c. ex parte, in 2. col. extrà, de reſcrip. dom. Præpoſi. in c. perſonas. in vlt. col. extrà, de appel. arg. l. petendæ. C. de temp. in integ. reſt. pe. & l. ſi poſt mortem. §. fi. ff. de bon. poſſeſ. contra tabu. & eius quod vult Innoc. in c. ex conqueſtione. extra, de reſti. ſpol. Plus dixit Roma. in d. l. 2. quòd appellans ex perſona ſua poterit proſequi, & finire poſt tale tempus finitum, quando eo durante incepit proſequi. Et Clemen. prædicta ſecundum eum debet intelligi, quando ante tale tempus proſequendo finitum, & eo durante nullus comparuit. Et pro hac opinione, quam ſequitur Nicel. in dicta l. 2. facit. C. de tempo. appel. authẽ. neutro. dum dicit, neutro occurrente ſententia firma permanet.

## DECISIO CCCCLXXIIII.

*Cogere ad proſequẽdum.*

APpellatus non poteſt appellantem inuitum cogere ad proſequendũ ſuam appellationẽ, niſi in vltimo menſe anni dati ad proſequendum, ſeu tale tempus ei diminuere, ſecũdum Archid. in capit. Roman. §. qualiter. verſic. porrò. de appel. in ſexto. Ioan. Andr. & Butri. in cap. oblatæ. extrà, eod. & ibi Panormitan. in penult. notab. Specu. eod. titul. §. nunc breuiter. verſic. item pone præfixus. aliàs in §. qualiter. circa fin. domi. de Rota deciſione 270. in Rubric. de appell. in nouiſ. domin. Præpoſi. in l. perſonas. vltima columna. extrà, de appel. poſt Federic. conſilio 303. licet Iacob. Butri. & Iacob. de Beluiſ. quos refert & ſequitur Salic. in authen. ei qui. C. de temp. appel. teneant contrarium.

## DECISIO CCCCLXXV.

*Decendium ad appellandũ.*

DEcendium ad appellandum ſtatutum partium conſenſu prorogari non poteſt, ſecundum Baldum in auth. ei qui. C. de tempo. appel. Roma. Paul. de Caſtr. & Nicell. in l. ſecunda. ff. de re iudic. nam nec partes poſſunt conuenire, quòd ſententia non tranſeat in rem iudi. ſecundum gloſſ. ordinariam, in l. ſi diuerſa. C. de tranſact. Licet Panorm. in c. cùm ſit Romana. extrà, de appel. teneat poſſe prorogari ratione publicæ vtilitatis vel ſcandali euitandi contra gloſſ. ibi.

## DECISIO CCCCLXXVI.

*Reuocatio attentatorum.*

APpellans tutius facit ante lit. conteſta. in cauſa appellationis petere reuocationem attentatorum per iudicem à quo poſt appellationem, ne aliàs videatur renunciare priuilegio attentati, ſecundum Spec. titul. de appel. §. nouiſsimè. verſicul. ſed pone perij. Archid. in cap. non ſolùm. eod. titul. in 6. quod non placet Ioan. Andre. ibi, & Petr. de Anchara. ac Ange. in l. ſi cuius. ff. de appel. reci. & domin. de Rota deciſione 60. in nouiſ. vt refert dom. Præpoſi. in c. dilecti. extra, de appella. limitans iſtam ſecundam opinionem, per 4. fallentias notabiles. nam attentato illicitè probato, debet illud per iudicis appellationis merum officium in priſtinum ſtatum reduci, ſecundum Angel. vbi ſuprà: etiam & pendente iudicio ſuper huiuſmodi reuocatione non

currit

currit fatale tempus, ſecundum do. de Rota in nouiſ. deciſi. 105. ided vtile eſt appellanti ante omnia ipſam reuocationem petere, vt ſuprà.

## DECISIO CCCCLXXVII.

*Appellatio in poſſeſſorio.*

APpellari poteſt à ſententia lata in poſſeſſorio, in quo etiam tractatur de amiſsione proprietatis, aut de pœna, vt in remedio l. ſi quis in tantum. C. vnde vi, ſeu alicuius ſtatuti imponentis pœnam in caſu poſſeſſorio vltra reſtitutionem poſſeſsionis, aut ſatiſdationem de non turbando de cætero, vt eſt communiter per iſtam patriam. Etiam de iure Ciuili, ſecundum gloſ. communiter approbatam in l. momentaneæ. C. vnde vi. ad fin. Et hoc quantum concernit proprietatem vel pœnam. Nam in eo, quod poſſeſsionem concernit, nõ poteſt appellari, ſecundum Cyn. in l. 1. C. ſi de mo. poſ. fue. appel. in l. incerti. C. de interdi. per dict. l. 1. & l. quiſquis. C. quorum appel. cum gloſſ. ibi in verbo, mittantur, & ſecundum eam in eadem ſententia fuerunt Pileus & Petr. non poterit tamen de iure Ciuili in tali cauſa & caſu appellari ab interlocutoria lata ante diffinitiuam, quia cùm à diffinitiua poſsit appellari, poterit illud grauamen in ea reparari, iuxta doctrin. Barto. in l. 2. ff. de appel. reci.

## DECISIO CCCCLXXVIII.

*Reſtitutio tẽporis appellanti.*

LIcet propter impedimentum contingens appellanti in ſecundo anno, non detur tertius annus, poterit tamen ei ſuccurri beneficio reſtitutionis in integrum aduerſus lapſum ſecundi anni ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa, de qua in l. 1. in fin. ff. ex quibus cau. maio. Quæ reſtitutio tanquam remedium extraordinarium non videtur in tali caſu remota, ſecundum gloſſ. & Salic. in authen. ei, qui. C. de tempo. app. Roma. & Nicel. in l. 2. ff. de re iudi. per l. 1. §. quæſitum. ff. de ſepa. in l. planè. & fi. ff. de peti. hære. quòd imò ſuccurratur appellanti de iure Communi in caſu præmiſſo, videtur caſus in cap. ex ratione. extra, de appel. ſed ille text. ibi, præiudicium generali, intelligi debet ope reſtitutionis in integrum, ſecundum Roma. vbi ſuprà. & Panormit. ibi. Archid. 2. q. 6. ad fin. niſi ſecundum eos impedimentum proceſſerit facto iudicis, vel fuerit de partium conſenſu ſuperſeſſum, quia tunc ipſo iure tempus non currit, nec eſt opus reſtitutione. Clem. quandiu. de ap. & ſecundum glo. in dicto cap. ex ratione. & in dict. auth. ei qui.

## DECISIO CCCCLXXIX.

*Tempus appella. ſuſpẽſum.*

PEr compromiſſum factum in arbitratorẽ ſuſpenditur tempus appellationis proſequendæ, ſicut & in arbitrum, ſecundum Roma. & Nicel. in l. 2. ff. de re iudi. per Cle. quandiu. de appel. & in authen. ſi tamen. C. de tempo. app. & quia eadem eſt ratio in vtroque. Licet Petr. de Ancha. conſilio 274. determinauerit contrarium, cuius opin. ipſe Roma. vbi ſuprà pluribus motiuis confutat.

## DECISIO CCCCLXXX.

*Iuriſdictio nõ re aſſumpta*

IVdex, qui detulit appellationi, non poteſt reuocando dilationem iuriſdictionem reaſſumere in ea cauſa & caſu, à quo eſt appellatum, ſecundum Ioan. Andre. & communiter Cano. in capit. cum appellationibus, de appel. in 6. in Clem. ſicut. eod. titul. Bald. in l. eos. §. Apoſtolos. C. de appel. domi. Præpo. in c. vt debitus. extra, eo.

## DECISIO CCCCLXXXI.

*Statutũ appel. remouens.*

STatutum remouens appellationem à ſententia in dubio, intelligitur remouere à diffinitiua, non ab interlocutoria, ſecundum Panormitan. in capitul. paſtoralis. extrà, de app. & ibi dominus Prępo. cum appellatione ſententiæ in dubio intelligatur de diffinitiua, ſecundum gloſſ. in l. prima. C. ſenten. reſcin. non poſ. in capit. cùm olim. extrà, de teſtib. faciunt tradita per Bald. in l. prima. C. ne li. ter. prouoc.

## DECISIO CCCCLXXXII.

*Procurator admiſſus in criminalib.*

SI procurator à iudice fuit admiſſus in cauſa criminali, cùm non debuiſſet admitti, nec fuit de hoc obiectũ per partem, non per hoc vitiatur proceſſus, ſecundum glo. in c. 1. de iudi. lib. 6. Spec. in titul. de procura. §. 1. verſic. ſed pone, quòd in cauſa tali. Bald. in l. ita demùm. C. de procu. per l. quamuis indubitati. C. de adulte. licet ſecundum eum contrarium tenuerit Iacob. Butri. in l. licet. C. de procu. primum tenent domini de Rot. in nouiſ. deciſ. 154. in Rub. de proc.

## DECISIO CCCCLXXXIII.

*Procurator ad agendum.*

PRocurator conſtitutus ad agendum & defendendum, ac appellandum cenſetur conſtitutus, etiã ad ſecundam appellationem, ſecundum Petrum & Bald. in l. nihil. C. de procur. & in l. inuitus. in fine. C. eodem.

## DECISIO CCCCLXXXIIII.

*Cõſenſus paternus.*

COnſenſus paternus in cauſa principali præſtitus filiofamil. extenditur ad cauſam appellationis, ſecundũ Bald. in l. inuitus. C. de procura. qui allegat idem tenere Cyn. ibi.

## DECISIO CCCCLXXXV.

*Procurator dominus litis.*

ETiam per primum actum contradictorium, quem in iudicio facit procurator interueniens poſt litem conteſta. cum principali efficitur dominus litis, & inſtantia tranſit de domino in procuratorem, qui hoc ideò poterit alium ſubſtituere, ſecundum Pet. Cy. Bal. & communiter Docto. in l. nihil. & in l. nulla. C. de procu. licet ſecũdum ipſum Bal. contrarium ſenſerit Barto. in d. l. nihil. & Archi. in c. 1. de procura. in 6. tangitur aliquid per gloſſ. in cap. querelam. extrà, de electio. Primam etiam tenent do. de Rota in nouiſ. deciſ. 125. in Rubri. de procura.

## DECISIO CCCCLXXXVI.

*Inquiſitio ex officio.*

SIcut accuſatio falſi & cæterorum criminum regulariter tollitur ſpacio viginti annorum. l. querelam. C. de fal. ita inquiſitio ex officio iudicis, ſecundũ Bartol. Salicet. Rapha. & communiter Doct. ibi. licet gloſſ. & Bald. ibidem dicant, quòd non tollitur inquiſitio, niſi triginta annis.

## DECISIO CCCCLXXXVII.

*Debitor fiſci.*

DEbitor fiſci vel communitatis admittitur ad ceſsionem bonorum, per caſum in §. item ſi quis. Inſtit. de ſocie. iuncta ibi gloſſ. vult Ange. in l. 1. ff. de his qui bo. ce. poſ. per l. nemo. C. de exacto. tribu. lib. 10. niſi ſit debitor propter munera ſeu onera ciuilia, per l. propter honorem. C. de ceſsio. bo. licet Bar. in dicta l. 1. indiſtinctè teneat, non admitti.

## DECISIO CCCCLXXXVIII.

*Delegati præſentia.*

DElegati iuriſdictio non expirat per delegantis ſententiam, ſecundum gloſſ. notabilem in l. cunctos. C. de meta. lib. 12. quæ allegat ad hoc §. nulla. in authent. de defen. ciui. quod poſſet limitari, niſi fuiſſet delegatus propter abſentiam futuram delegantis, nam tunc cùm per præſentiam eius ceſſet cauſa delegationis, conſequenter ipſa delegatio. argumen. l. 1. in princ. ff. de offic. eius, cui manda. eſt iuriſdict. & §. 1. in authen. de iudi.

## DECISIO CCCCLXXXIX.

*Sentẽtia ante relationem.*

SEntentia non valet, ſi iudex pronunciat, antequam nũcius miſſus ad citandum fecerit relationem, licet poſt ſententiam referat ſe ante ſententiam citaſſe ad audiendum ſententiam, ſecundum Barto. in l. hoc autem. §. 1. ff. ex quib. cau. in poſ. ea. Innoc. in c. cùm contingat. in gloſſ. ſua. in verbo, iuſtè. & in c. prudentiam. extra, de offic. de leg. Bart. in l. multum. ff. de conditio. & demonſtr.

## DECISIO CCCCXC.

*Libellus in poſſeſſorio.*

LIbellus in quo poſsidens ciuiliter tantùm petit ſe manu teneri, & non turbari in poſſeſsione, & etiam ſe intro-

introduci ad corporalem poſſeſsionem per alium occupatam de iure, procedit & ſuſtinetur, nec eſt libellans ſibi contrarius, cùm agat vti poſsidetis pro ciuili, in qua turbatur per eum, qui naturalem occupauit, & idem vendicet corporalem occupatam petendo ſe in ea mitti: imò in dicto caſu etiam per ſolum interdictum retinendæ conſequetur reſtitutionem naturalis, quia ſine reſtitutione naturalis non diceretur ceſſari ab inquietatione ciuilis poſſeſsionis, ſecundum gloſſ. notabilem, in verb. clàm, circa fin. Bart. Ang. & communiter Doct. in l. clàm poſsidere. in §. qui ad nundinas. ff. de acquir. poſſ.

*Adde Bart. in l. 1. §. interdictum. cir. fin. ff. vti poſſi.*

## DECISIO CCCCXCI.

